



43
9 G
17







BIBLIOTHECA DECISIONUM SAC. ROTÆ ROMANÆ

COMPILATA

OPERA, ET STUDIO

JACOBI ANDREÆ PIZZI

Jurisconsulti Romani,

SIVE

REPERTORIUM

AD OMNES SAC. ROTÆ ROM. DECISIONES,

Quæ tam sub nomine *Diversorum*, & *Recentiorum*, quam sub alio nomine *Novarum*, *Novissimarum*, & *Antiquarum*, quam denique sub vario nomine plurium

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ AUDITORUM

Collectæ, ac impressæ fuerunt.

DIU ELABORATUM,

Et primo ad privatum usum accommodatum:

POSTEA VERO

Ordine Alphabetico, cum particulari distinctione quoad materias,

ET CUM INDICE VERBORUM,

Summa cum diligentia ad publicam commoditatem, & utilitatem in pluribus Voluminibus Typis mandatum.

VOLUMEN PRIMUM.

Continens literam A.



ROMÆ, apud Franciscum Gonzagam in Via Lata, MDCCXVIII.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

CLEMENS PP. XI.

Ad futuram rei memoriam.



Um ficut dilectus Filius Jacobus Andreas Pizzi Juris Consultus Romanus Nobis nuper exponi fecit, ipse quemdam librum in plura Volumina, seu Tomos divisum, cui titulus: Bibliotheca Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ, *sive* Repertorium ad omnes Sacræ Rotæ Decisiones, quæ tàm sub nomine Diversorum, & Recentiorum, quàm sub alio nomine novarum, novissimarum, & antiquarum, ac denique sub vario nomine plurium Sacræ Rotæ Auditorum hactenùs collectæ, & impressæ fuerunt &c. *à dilecto pariter Filio Francisco Gonzaga in hac Alma Urbe nostra imprimi de præsenti curet; vereatur autem ne postquam in lucem prodierit, alii qui ex alieno labore lucrum quærunt, eumdem librum, ejusque Volumina hujusmodi iterum in ipsius Jacobi Andreæ præjudicium imprimi facere curent: Nos ejus indemnitati providere volentes, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantùm consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humilitèr porrectis inclinati, idem Jacobo Andreæ, ut decennio proximo à primæva Libri præfati impressione computando durante, dummodo tamen ille prius à dilecto Filio Magistro Sacri Palatii Apostolici approbatus sit, nemo tàm in Urbe prædicta, quàm in reliquo Statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè Nobis subiecto, Librum prædictum in plura Volumina, sive Tomos divisum, etiam prætextu additionnm, aut mutationis ordinis, tituli, vel alterationis cujuscumque, aut aliquod ejusdem Repertorii Volumen, sinè speciali dicti Jacobi Andreæ, aut ab eo causam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel aliis impressum vendere, & venale habere, seu proponere possit, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea unicuique sexus Christifidelibus, præsertim Librorum impressoribus, & Bibliopolis, sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis Librorum, & Typorum omnium pro una Cameræ nostræ Apostolicæ, & pro alia eidem Jacobo Andreæ, ac pro reliqua tertiis partibus accusatori, & Judici exequenti irremissibilitèr appli can., & eo ipso absque ulla declaratione incurrendis pœnis, ne dicto decennio durante volumina Repertorii hujusmodi, seu eorum aliquod, tàm in Urbe, quàm in reliquo Statu prædictis sinè huiusmodi licentia imprimere, aut ab aliis impressa vendere, seu venalia habere, vel proponere quoquomodo audeant, vel præsumant. Mandantes proptereà dilectis Filiis nostris, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatis, seu eorum Vice-Legatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Justitiæ Ministris, Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & Locorum Status nostri Ecclesiastici prædicti, quatenus prodicto Jacobo Andreæ, seu ab eo causam habentibus prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocumque ab eodem Jacobo Andrea requisiti fuerint, pœnas prædictas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstan. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis Statutis, & Consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expres-*

expreſsè derogamus, cęteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut pręſentium tranſumptis, etiam in ipſis Libris, ſeu Voluminibus impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonę in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus adhibeatur in Judicio, & extrà, quę adhiberetur ipſis pręſentibus, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die decima octava Januarii MDCCXVIII. Pontificatus Noſtri Anno decimo octavo.

F. Cardinalis Oliverius.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

T. Epiſcopus Heracliæ Vicesgerens.

IMPRIMATUR,

Fr. Gregorius Selleri Sacri Apoſtolici Palatii Magiſter Ordinis Prædicatorum.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO.

JACOBUS ANDREAS PIZZIUS.



Ateriæ contentæ in octuaginta tribus Voluminibus Sacræ Rotæ Romanæ sunt basis fundamentalis præsentis Bibliothecæ Legalis, quàm cum reiteratis laboribus spatio plurium annorum ad proprium commodum contextui, & nunc, sic suadentibus multis Advocatis, & Curialibus Amicis, ad publicam commoditatem in pluribus Voluminibus Typis mando, quorum primum est præsens continens *literam A.*, & brevi temporis tractu secundum Volumen, deindè cætera, unum post aliud, qua majori celeritate possibili in lucem ædi poterunt, attende.

In hac Bibliotheca igitur habebis in promptu omnes conclusiones huc usque firmatas à Sacra Rota Romana in omnibus Decisionibus contentis in Voluminibus in lucem æditis, quorum Catalogum hìc alligatum invenies, & quidem omnes resolutas in propriæ Decisionis termino, quæ antè erant remissivè positæ; & separatas, cum divisione materiarum, & parvo Indice, juxtà ordinem Alphabeti regulato, cui recurrens poteris immediatè invenire quidquid volueris.

Addidi etiam pro majori facilitate Indicem generalem verborum principalium omnium Conclusionum præsentis Operis, cum divisionibus occurrentibus in quolibet verbo; nedum indicantem folium, sed insuper §. cujuslibet divisionis; & vlteriùs adjunxi omnia verba sub quibus cadere possunt cædem materiæ, ad hoc, ut si in studendo non invenies quidquid quæris, facilius illud assequi possis in studio aliorum verborum indicatorum.

Adverte, Benevole Lector, quod si in materiis divisis non invenias Conclusionem quàm quæris, illam assequi poteris recurrens ad *primum* §. *in genere* cujuslibet materiæ divisæ, ubi absque ulla dubietate erit posita, & hunc ornem semper in reliquo Opere observa.

In subsequentibus Voluminibus, utpotè continentibus materias altioris indaginis, habebis majores divisiones, & facilius poteris consequi optatum; Et absoluto hoc opere, aliud, Deo dante, immediatè tibi promitto, non minoris utilitatis, & commoditatis.

Præmium igitur, quod pro hoc tot Annorum laborioso Opere, quod ad tui utilitatem, & majorem commoditatem compilavi, nil aliud est, quàm mihi, & defectibus condones, & si non obstantibus reiteratis diligentiis in correctione, aliquis error prodierit, tua innata benignitate cognosces, esse ferè impossibile Typis omnimodè illos effugere, ideò compatieris. Et Vale.

CATA-

CATALOGUS

Voluminum Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ contentorum in præsenti Opere.

			35.
DEc. Antiq., nov., & noviss. Venetiis 1551.	tom. 1.	*Ludovisius*	1.
		Manzanedus	1.
Ansaldus	1.	*Mantica*	1.
Arguelles	1.	*Martin. Andreas*	1.
Benincasa	1.	*Merlinus*	2.
Bichius	2.	*Millinus*	1.
Burattus	2.	*Moedanus*	1.
Carillus 1665. Lugduni	1.	*Ottobonus*	1.
Cavalerius	1.	*Panphilius*	1.
Celsus	1.	*Penna*	2.
Cerrus	3.	*Peutingerius*	1.
Cæsar Achilles de Grassis	1.	*Priolus*	1.
Coccinus	5.	*Puteus*	1.
Comitulus	1.	*Decisiones Recentior. à par. 1. usque ad partem 19. tom. 2.*	25.
Crescentius	1.		
Diversor.	4.	*Remboldus*	1.
Dunozettus junior	2.	*Seraphinus*	2.
Dunozettus senior	1.	*Roxas*	1.
Duranus	2.	*Ubagus*	1.
Emerix junior	3.	*Ubaldus*	2.
Emerix senior	1.	*Verallus*	1.
	35.	In totum Volumina	83.

Catalogus DD. Associatorum, suppletur in secundo Volumine, ex quo non potuerunt haberi in tempore omnia nomina DD. Associatorum forensium.

INDEX

INDEX VERBORUM.

Etiam quoad divisiones Materiarum, & cum indicatione aliorum Verborum, in quibus inveniri possunt, & continentur eædem Materiæ.

Prior numerus indicat paginam, secundus verò §. Verborum, in quibus cadunt divisiones præsentis primi Voluminis continentis literam A.

Con-

AGNA-

Quoad


ASSECURATIO.

ASSENSUS.

ATTENTATA.

AUDITOR.

BIBLIO-



BIBLIOTHECA DECISIONUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
JACOBI ANDREÆ PIZZI J. C. ROM.
Complectens literas A. & B.

1 *Abbas in genere.*
2 *Caſſinenſis.*
3 *Ciſtercienſis.*
4 *Cluniacenſis.*
5 *Farfenſis.*
6 *Montis Virginis.*
7 *Quoad contractus.*
8 *Quoad electionem.*
9 *Quoad juriſdictionem, & Pontificalia.*
10 *Abbates diverſi.*

1 Abbas in genere.

Vide etiam Abbas. Quoad juriſdictionem &c.



BBAS una *cum Capitulo repræſentat Eccleſiam*, eſt Caput Monaſterii, ac totius Conventus, penès ipſum reſidet omnis Monaſterii poteſtas, & adminiſtratio, omnes Officiales tenentur ipſi obedire, & ad ipſum, & Canonicos ſpectat bonorum Eccleſiæ regularis adminiſtratio, *deciſ.112. num.3. & 4. par.4. tom.1.dec.145.num.2., dec.373.num.1. & 4., & deciſ.252.num.1.par.5.to.1., Cavaler. dec.525.num.1.& 2., Coccin. deciſ.283.per tot., Panphil. deciſ.241. num.3.& ſeqq., deciſ.517. num.1. & ſeqq., deciſ.241.num.3.*

Inter eum, & Capitulum, *ſi fiat diviſio* bonorum, requiritur beneplacitum Apoſtolicum *deciſ.561. num.9. par.5. tom.2.*

Ad eum pertinent ea, quæ verſantur circa dominium, cultum, & alias res Monaſterii *deciſ.272.num.3.par.12.*

Eſſe verum Parochum, & Epiſcopum, in illius cura ſuam habere juriſdictionem, non implicant inter ſe, ſed invicem compatiuntur, *dec.93.num.10. par.16.*

Nominare Vicarium ad nudum exercitium temporale. Epiſcopum verò illum perpetuo inſtituere impoſſibile dicitur eſſe, *deciſ.93.num.9.par.16.*

Citari non ſufficit, ubi agitur de præjudicio Monaſterii, ſed omnes Monachi capitulariter congregati monendi ſunt, *deciſ.44.num.16.par.17. Contrarium*, quod poſſit citari pro Monaſterio, *dec.48.num.1.par.4.diverſor.*

Monasterii *ubi mensam non habeat* separatam à mensa Capituli, & Monachorum, ubi successerit erectio commendæ ratione illius Monasterii: Commendatarius ea conditione vivere debet, & ob id bona habere communia cum Monasterio, *decis.* 257. *num.* 3. *lib.*3. *p.*3. *divers.*

Abbatis, & Commendatarii sit comparatio, non ratione possessionis bonorum Monasterii; sed ratione perceptionis fructuum, & in eo quod uterque alienare non possit proprietatem, *dec.*257. *num.*5. *lib.*3. *par.*3. *divers.*

Aut prioris Conventualis major, & potior est licentia concessa Vicario compulsori, quam claustralis Prioris, *decis.*449. *num.*5. *lib.*3. *p.*3. *diversor.*

Abbati *si moveatur lis* ratione Abbatiæ, & contrà eum sententia ab Adversario fuerit obtenta, & supèr eadem Abbatia supèr inductum sequestrum, obtenta etiam res judicata una cum Executorialibus, & reliquis requisitis, capta iterum possessione per Abbatem spoliatum hæc dicuntur haud dubiè attentata, *dec.*92. *n.*1. *lib.*3. *p.*3. *divers.*

Competere *cognitionem causarum*, & jus correctionis, ac visitationis, ex eo etiam satis probatur, quod Monachi ad normam ab illo præscriptam semper vixerunt, *dec.*165. *n.*1. *p.*4. *divers.*

Abbatis Territorium est Monasterium, *Zarat. dec.*45 *num* 45.

Abbas *tenetur restituere vestes* seculares Novitio nolenti in Religione permanere *Arguell. dec.*89. *num.*1.

Abbatis *imprudentia* Monasterio nocere non debet *Bich. dec.*599. *n.*10.

Abbate *non consentiente*, non possunt recipi alii Monachi in Monasterio, *Cavaler. decis.* 525. *n.*3.

Fides Abbatis, & Monachorum adminiculat *Manzaned. dec.*135. *n.*14.

In arduis Abbas non potest agere sine Conventu *Coccin. dec.*1913. *n.*25.

Abbates exempti, ac nullius jurisdictionis tenentur contribuere pro constituendis Seminariis *Dunozet. jun. decis.*988. *n.*14.

Abbas non venit, *Conventus appellatione*, *Coccin. dec.*731. *n.*9.

Limita quando provisio fieri debet ab ipso Abbate, & quando Abbati fuisset legata Biblia, & Monachis Cappa *ibi. num.*7. & 8.

Abbas scire tenetur ratione sui officii *numerum Monachorum sui Monasterii Coccin. decis.*731. *num.*8.

Abbatis *Confessio geminata* super versione pecuniarum in utilitatem Monasterii plurimùm operatur, quandò est adminiculata *Bich. decis.*599. *num.* 27. & 28.

Abbati *competit manutentio* in quasi possessione visitandi, si constat ante, & post visitasse, nam intermedia possessio præsumitur, non constito de intermedia possessione Episcopi *Bich. decis.*599. *n.*7.

Ex visitationibus ab Abbate reiteratè factis resultat scientia, & patientia Episcopi *Bich. dec.*599. *n.*7.

Abbati *quoad Ecclesias unitas* ejus Monasterio, si competit exemptio, multo magis competere debet quoad Ecclesiam principalem, & Monasterium *Cerr. dec.*723. *n.*1.

Abbas *instituere* debet præsentatum ad beneficium quod est membrum, seù grancia Abbatiæ *Duran. dec.*71. *n.*3.

Si solet singulis Monachis dare tantùm panis, & vini de fructibus Monasterii, de cœteris disponit ad sui libitum *Crescent. dec.*3. *n.*3. *fol.*168.

Tenetur uni, vel alteri Capitulo communicare *Put. dec.*420. *n.*2. *lib.*2.

Potest Collegiatæ speciale esse caput, licet majoris Capituli sit caput *Put. decis.*335. *n.*2. *lib.*2.

Abbatis *præscriptio* contrà Collegiatæ Capitulum, non sufficit ad excludendam Collegiatam, quoad commutandum præeminentias cum Prælato, quę ipsi de jure competunt *Put. dec.*263. *n.*1. *lib.*3., & *dec.*441. *n.*1. *lib.*2.

Abbatis *nomen* varie in jure accipitur *Pamphil. decis.* 466. *num.* 4., 5., 11., & *seqq.*

Abbas *tenetur* residere in Collegiata, in qua est intitulatus, & est Caput *Seraphin. dec.*1452. *n.*1.

Qui desinit esse Abbas, habitans in beneficio Abbatis, præsumit habere jure fami-

familiaritatis, & non uti Abbas *Seraphin. dec.*1457. *n.*1.

Beneficium illius, qui factus fuit Abbas, non vacat, nisi post emissam professionem *Seraphin. dec.*1060. *n.*5.

Abbate absente, Prior in ejus locum succedit cum omnibus facultatibus Abbatis *Seraphin. dec.*1080. *n.*3.

Abbas, *ut nomine Ecclesiæ* dicatur possedisse, testes deponere debent rem Ecclesiæ non retinuisse titulo patrimonii *Comit. dec.*25. *n.*7., *& seqq.*

Novus potest ratificare gesta nomine Prædecessoris *Comit. dec.*50. *n.*11.

Datur Abbati mandatum de manutendo quoad gubernium Monasterii Monialium, & quoad exercitium jurisdictionis in Clericos, & Præsbyteros deservientes in Ecclesia ejusdem Monasterii, privativè quoad Episcopum *Comit. dec.*83. *n.*1., *& per tot.*

Præterquàm in casibus quibusdam, de quibus *Comit. d. dec.*83. *n.*12., *& seqq.*, *& num.*22.

Quasi possessio antè motam litem probatur ex antiquis Scripturis, ac Testium depositionibus *Comit. dec.*83. *n.*2.

Quasi possessio apparet titulata ex privilegiis Pontificis *Comit. dec.*83. *n.*3.

Observantia subsecuta, declarat, & justificat superioritatem, quam Abbas exercuit *Comit. dec.*83. *n.*4.

Possessionem fuisse penès Ecclesiam, non penès Abbatem pro bonis patrimonialibus, deducitur, *dec.*25. *n.*1., *& per tot. coràm Comitulo, ubi* quamvis adsint fratres Abbatis.

Abbas *Ecclesiæ Collegiatæ* tenetur ad residentiam *Coccin. decis.* 820. *num.* 2., *&* 3.

Abbati *datur manutentio* in possessione conferendi beneficia suæ Ecclesiæ, constito de quasi possessione *Mazaned. dec.*400. *n.*1.

Abbates, & Monachi, *non habent necessariam residentiam*, sed transire possunt ad alia Monasteria si velint *Cerr. dec.*89. *n.*13.

Abbas non habet *simultaneam collationem beneficii* cum suo Conventu, si provisiones de illis factæ cantant, quod omnimoda illorum depositio pleno jure spectet ad Abbatem *Duran. decis.*377. *n.*5.

Accusatus lite pendente, alimenta habere debet, etiamsi ab administratione sit remotus *Burat. dec.*615. *n.*1.

Nomine *Prælati*, veniunt Abbates, & similes Superiores regulares, & seculares *Roxas pag.*334. *n.*6., *&* 7.

Præfertur Canonicis etiam Cathedralis Ecclesiæ, quandò habet dignitatem, & Canonici incedunt, uti singuli, secus si collegialitèr *Buratt. annot. ad decis.*902. *n.*15.

Prælatus dicitur, Prælatique nomine continetur *Burat. dec.*610. *n.*2., etiamsi sit Commendatarius dummodò perpetuus *ibid. n.*3., *decis.*220. *n.*20., *& seqq. p.*17.

Tamquam *Caput* suæ Congregationis, gaudet & utitur decretis Sac. Congregationis Concil. Trident. favore Ordinariorum emanatis *Ottobon. decis.* 82. *num.*15.

Divisionem confinium si fecit inter duas Ecclesias, ex hac divisione arguitur potiùs ad subjectionem, quam unionem *Ottobon. dec.*179. *n.*21.

Exemptus prohibetur ex decreto Sacri Concil. Trident. *sess.*23. *de reform. cap.*10. ordines cuiquam, qui regularis subditus non sit conferre *Ottobon. dec.*82. *n.*12.

Intellige decretum Concilii procedere in Abbate simplicitèr exempto, non autem in habente jurisdictionem quasi Episcopalem *Ottobon. dec.*82. *n.*13.

Abbas *si negligentèr* se gerit circà ea, quæ divinum cultum concernunt, potest Episcopus hoc casu edere decreta non obstante laudo inter ipsum, & Abbatem *Peutinger. dec.*46. *n.*1.

Ob non promotionem ad sacros ordines, nec est privandus Abbatia ipso jure, nec venit privatus *Penn. decis.* 594. *num.*1., quod *intellige*, ut ibi *num.*3., *&* 10.

Abbatis *nomen* sonat in dignitatem, non à nomine tantum, sed ab effectu *Pen. dec.*1597. *n.*4.

Abbas est *nomen* dignitatis, & aliquandò usurpatur ventosè *Penn. dec.*1603. *n.*3.

Divisio mensæ Abbatialis à mensa

Conventuali à jure admittitur *Roxas pag.334. n.3.*

Abbas *procurando beneficium* obligans se intuitu, & contemplatione Patris cum pacto relevationis indemnitatis,an vitium simoniæ incurrat referuntur hinc indè opiniones *Carillus pag.223.n.9.*

Quandò *decimas* Archiepiscopo solvere non tenetur, nec coloni, aut conductores herbarum pro animalibus ibi pascentibus ad decimas obligantur *Caril. pag.267. n.1.*

Abbas non potest præjudicare Ecclesiæ absque Sedis Apostolicæ consensu,cui Abbatia immediatè est subjecta *Caril. pag.100. n.15.*

Abbate *super possessione* deputandi Vicarios in Parochialibus Monasterio subjectis nihil probante intentio Episcopi turbari non potest *Carill. pag. 149. num.15.*

Abbas *exemptionem* prætendens, tenetur de illa docere legitimè, & sufficientèr, etiam cum assignatione certi Territorii *Priol. dec.338. n.11.*

2 Abbas Cassinensis.

Abbas Cassinensis est solùm immediatè subjectus Sedi Apostolicæ,habet jurisdictionem Episcopalem, ac Territorium separatum subditum suæ jurisdictionis, nullus alius extat ibi Antistes; est tanquam Princeps in suo Territorio, & licèt non sit Episcopus, tamen Abbates Cassinenses jura Episcopalia semper exercuerunt, *decis.45. n.3. ad 26. p.5. tom.1., Merlin. dec.264. n.3. & 5., Buratt. dec.667. n.26.*

Quoad Episcopum Marsicanum jurisdictionem exercet in Moniales S. Cosmi, & Damiani Terræ Tagliacozzi *Bich. dec.459. n.3., & seqq.*

Literas responsivas recepit ab Alexandro III. in cap. 1. de consanguin., & affin. annot. ad decis. 667. n. 25. coràm Buratt.

Precedit cæteris Abbatibus in Conciliis, & aliis actibus publicis, & suprà omnes residet, & antè alios sententiam dicit *Buratt. annot. 667. n.26.*

Precedit veluti Princeps omnibus Comitibus, & aliis Dominis secularibus Regni Neapolis *Buratt. annot. ad decis.667. n.26.*

Synodum congregat. dimissorias ad majores ordines Clericis suæ Diœcesis concedit; Confessores, & Prædicatores approbat, Seminarium proprium instituit, & habet. Examinatores Synodales intrà Diœcesim elegit; Ad ipsum diriguntur Literæ Apostolicæ causarum matrimonialium, & dispensationum *Buratt. annot. ad decis. 667. num.25.*

Electionem simultaneam habet cum Capitulo *Buratt. dec.805. n.12.*

Manutenendus est in quasi possessione deputandi Cappellanos ad nutum amovibiles in aliqua Ecclesia Abbatiæ subjecta, probata generali quasi possessione respectu aliarum Ecclesiarum eidem subjectarum *Burat. dec.382. n.1., & ibi annot.* sub litera *A.*

Monacos, vel Canonicos *recipere non potest* sine Capitulo, vel Collegio *Burat. annot. ad dec.809. n.16.*

3 Abbas Cisterciesis.

Abbatis Cistereiensis nomen in instrumento donationis à Procuratore generali stipulato Procuratorem, non suo, sed alieno nomine donare, ac obligare voluisse importat, *decis. 62. num. 1. p.13.*

Abbati, & Capitulo generali Ordinis Cisterciensis à Sixto V. fuit concessa facultas liberè disponendi de bonis Religionis, *dec.62. n.10. p.13.*

4 Abbas Cluniacensis.

Abbas Cluniacensis ex indulto Pontificio beneficia Sedi Apostolicæ reservata confert, *dec.292. n.4. p.12.*

5 Abbas Farfensis.

Abbas Farfensis ejusdem Castri Dominus olim fuit, *dec.237. n.12. p.14.*

Habet amplissimam facultatem deputandi Judices vigore brevis Urbani VIII., *dec.544. n.35. p.18. tom.2.*

Post

Post lineam finitam tenetur renovare heredes ultimi investiti emphyteutæ, vel proximioris, recepto laudemio, *dec.*71, *n.*12. *p.*19. *tom.*1.

Est perpetuus Commendatarius Castri Sancti Petri in Sabinis, *decis.*358. *n.*4. *p.*19. *tom.*1.

Ex stylo Abbatiæ per annum, & diem à die scientiæ expectare debet proximiores, aut hæredes antequàm pro suo arbitrio novam investituram concedere possit, *dec.* 621. *n.*23. *p.*19. *to.*2.

Potest ex privilegio Causas in Urbe quandocunque decidere, perindè ac si apud Monasterium resideret *Emerix. jun. dec.*242. *n.*7.

6 Abbas Generalis Montis Virginis.

Habet jurisdictionem quasi Episcopalem, quam in omnibus suæ Congregationis Monasteriis exercet, *dec.*197. *num.*17. *p.*8., *Peutinger. dec.*12. *n.*21., & 22., *& quomodò probetur ibid. num.* 25. 26. & 27.

Eamque *exercet* in proprio Territorio, tàm ex Constitutionibus Apostolicis, quàm ex immemorabili præscriptione *Ottobon. dec.*82. *n.*14., *Peutinger. decis.*23. *n.*13.

Talis jurisdictio fuit alias canonizata per tres conformes cum subsecuta re judicata, & per concordias, & translationes initas cum Ordinariis *Avellin. Ottobon. dec.*82. *n.*18., & 19.

Non subjacet visitationibus Ordinarii ratione jurisdictionis quasi Episcopalis, *pluribus* decoratur privilegiis à Sede Apostolica concessis, & à Rota sæpiùs approbatis *Ottobon. decis.* 82. *n.*6. 7. 16., & 17.

7 Abbas quoad contractus tàm proprios, quàm Prædecessorum, & an possit præjudicare Monasterio.

Abbas, Cellerarius, & alii Ministri non *possunt ex eorum facto prejudicare Monasterio*, sive ignoranter, sive scienter hoc faciant *Rub. in annot. decis.*14. *n.*38. *p.*3., *dec.*30. *n.*9. *p.*6., *dec.*202. *n.*10. *p.*7. *dec.*166. *n.*3. *p.*4. *diversor.*, *Carill. pag.*127. *n.*7.

Abbas *si fide jubens* pro illustri persona, accepta obligatione ab ea in forma Cameræ de conservando se indemnem cum hypotheca bonorum suorum, coactus solvere posteà, petere potest executionem in bonis dicti illustris, *dec.*544. *n.*2. *p.*3. *divers.*

Abbas successor non tenetur ad debita sui Antecessoris, nisi quatenùs fuerint contracta pro utilitate, vel necessitate Monasterii *Rot. decis.* 310. *n.* 3. & 4. *par.*3.

Divisio bonorum intèr Abbatem, & Capitulum ad hoc, ut sit valida requiritur beneplacitum Apostolicum *Rot. dec.*561. *n.*9. *p.*5. *tom.*2.

Evicta re per se ipsum alienata tenetur emptori de evictione *Rot. dec.*10. *n.*1. *part.*3.

Compromittendi jura Ecclesiæ per privilegium quæsita non potest illi, & successoribus præjudicium inferre, *decis.*99. *n.*7. *pag.*14.

Abbati *non justè electo*, si conductor solvat pensionem, non liberatur, si conduxerit à verò Abbati, & posteà solvat Abbati intruso *Rot. dec.*624. *n.*11. *p.*4. *tom.*3.

Abbas *habet præsumptum mandatum* à suo Monasterio cui præest, itaut onus contrarium probandi, quod aliquid factum fuerit ab Abbate sine consensu suorum Monacorum ad ipsos Monacos spectat *Rot. decis.*225. *n.*6., & 7. *p.*5. *tom.*2., & *dec.*328. *n.*10. *p.*6.

Secùs in iis, quæ sibi ex statuto Monasterii prohibentur, *dec.*272. *n.*4. *p.*12., ubi in quibus dicatur habere mandatum.

Si in ingressu Monasterii *fecerit aliquas impensas*, quatenùs non sint excessivæ, & ad meram pompam, ad eas tenetur Ecclesia *Rot. dec.*220. *n.*3. *p.*6.

Non potest constituere *Procuratorem* pro Monasterio absque mandato super admissione ad *Cap. Odoard. decis.* 227. *num.*9. *p.*15.

Ex actibus à se solo gestis non inducit divisionem intèr propriam, & Mensam conventualem, *dec.*21. *n.*8. *p.*8.

Pe-

Pecunias Monasterii *dilapidans*, de propriis pecuniis, seù bonis refundere tenetur, *dec.222. n.8. p.4. diverf.*

Si contrahendo *non præjudicavit Ecclesiæ*, multò minùs confitendo, *dec.272. n.17. p.12.*, nec potest præjudicare, *dec.42. n.8.*, *& dec.227. n.6. p.15.*

Abbas *si pecunias acceperit mutuo*, illasque versus fuerit in utilitatem Monasterii, tunc Monasterium ad illius restitutionem tenetur. Si versio plenè probetur, cum illius assertioni non stetur *Cerr. dec.739. la 2. n.1. 6. & 9.*

Ex dispositione Brevis Pontificii habilitatus, *fructus percipit*, tanquàm descendens illorum, quorum agnationi prospicere testator voluit, *dec.57. n.13. par.13.*

Sine beneplacito Apostolico *compromittere*, & Successoribus in Abbatia in juribus, mediante indulto exemptionis acquisitis, *prejudicare non potest*, *dec.235. n.9. p.13.*

Recipiendò Canones Monasterio præjudicium inferre non potest, *decis.175. n.16. p.13.*

Recipiendo à Collitigantibus Canonem per multos annos, eosdem tanquàm successores approbasse dicitur, *decis.175. num.16. p.13.*

Donatio ab Abbate facta, probat extitisse decimas penès Monasterium, ejusdemque jus antiquum firmat, quatenùs de valida translatione decimarum non doceatur, *dec.193. n.9. p.13.*

Abbatum, & Cellerariorum *Confessio*, licèt non præjudicet Monasterio, deseruit tamen pro majori dilucidatione veritatis, *dec.568. n.28. p.18. tom.2.*

Consensus præstitus ab Abbatibus, & Prioribus, non censetur, uti singuli tantùm præstitus, sed etiam conventualitèr, *dec.328. n.10. p.6.*

Si pecunias Abbas accepit *pro extinguendis debitis* Monasterii, tenetur probare validè fuisse contracta, ad hoc ut mutuum ei suffragetur *Cerr. dec.739. la 2. n.6.*

Si cum consanguineo contraxit, indicat præsumptionem simulationis *Cerr. decis.739. la 2. n.11.*

Præsumitur pecunias erogasse in utilitatem Monasterii, si constet de præcedenti indigentia, non tamen si aliundè provideri potuit necessitati Monasterii *Cerr. decis.739. la 2. num. 28. & 37.*

Pro Monasterio contraxisse præsumitur, quando onus alendi Monachos, & solvendi debita ad ipsum spectabat *Cerr. dec.739. la 2. n.29.*

Et tunc *oritur obligatio Monasterii*, si pecunias mutuo acceptas erogavit in causam alimentorum, *ibi n.30.*, quia tunc præsumitur habuisse mandatum, *ibi n.31.*

Abbas *confirmare filiæ, & non cohæredibus emphyteutæ potest* finita Emphyteusi *Coccin. dec.1104. n.20.*

Non potest *in præjudicium Successorum* jura Abbatiæ compromittere absque beneplacito Apostolico, *dec.463. n.8.*

Alienare potest solus bona Ecclesię, quandò non habet Conventum *Buratt. decis.332. n.6.*

Abbas *generalis* per suas literas in consulto scriptas, Monasterio præjudicare nequit *Peutinger. dec.23. n.4.*

Contractus Abbatis in præjudicium Monasterii est invalidus *Roxas pag.334. num.4.*

Transactio inita ab Abbate de fructibus suæ mensę Abbatialis, absque consensu Monasterii est valida *Roxas pag.334. num.5.*

Abbas præjudicat Monasterio, quandò actus est necessarius *Ansald. decis.78. num.61.*

Abbates *possunt* concedere dimissorias suis subditis Regularibus *Ansald. decis.55. n.19.*

Monasterium, sine interventu Abbatis donare non potest *Seraphin. dec.1312. num.1.*

Non potest Abbas præjudicare Monasterio *Seraphin. dec.1278. n.3.*

8 Abbas quoad Electionem.

Ad hoc ut electio Abbatis sit valida debet servari forma *Cap. quia propter de electione*, quando ad eamdem proceditur per viam scrutinii, alias non substinetur, & forma per dictum textum re-

requisita, est, quod assumantur tres de Collegio fide digni, qui secretè, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, *dec.* 312. *n.* 2. *part.* 4. *tom.* 2. ubi *sub num.* 8. refutantur contrarium tenentes, & firmatur regula, quod prædicta forma, ne dum est servanda in electione Regularium, sed etiam Episcoporum, & aliorum Prælatorum Ecclesiarum Collegiatarum, & non servata prædicta forma potestas providendi devolvitur ad Sedem Apostolicam, *decis.* 574. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 3. ubi *sub num.* 16. refutantur contrarium tenentes, ac testantes de approbatione facta in Curia electionis, ad quam fuit processum non servata forma *dicti Cap. & decis.* 574. *num.* 51. & 52. *par.* 4. *tom.* 3.

Electio Abbatis *est valida*, quandò est facta per vota secreta juxta *Conc. Trid. sess.* 25. *cap.* 6. *de Reg.*, *Rot. decis.* 574. *num.* 54. *par.* 4. *tom.* 3.

Consuetudo eligendi servãda est in electione, etiamsi aliter jus commune disponat, quoties tamen dicta observantia non sit turbida, & constet de statu pacifico *Rot. decis.* 65. *num.* 11. 12. & *seqq. par.* 1.

Electio activa, & *passiva* Abbatis generalis Congregationis Monacorum S. Benedicti libere spectat ad totam Congregationem *Rot. decis.* 65. *num.* 4. & 5. *par.* 1., *dec.* 574. *n.* 5. *par.* 4. *tom.* 3.

Abbatis particularis electio, activè, & passive liberè spectat ad Monachos, seu Congregationem illius Monasteril, de cujus Prælati electione agitur *Rot. decis.* 65. *num.* 5. & 9. *par.* 1., *decis.* 379. *num.* 23. *par.* 18. *tom.* 1.

Electio *ad hoc ut sit valida*, debet esse libera, & ab omni coactione, & restrictione aliena, & non dicitur libera, quæ est restricta ad certam personam *Rot. decis.* 65. *num.* 6. *par.* 1. *rec.*

Electio *dicitur confirmata in Curia* licet in ejus electione intervenerint sex Scrutatores, tres de Collegio, & alii tres extrà Collegium, *decis.* 574. *n.* 16. *par.* 4. *tom.* 3.

Quod fuerit ad electionem processum *per viam scrutinii*, probatur ex rogitu Notarii, qui se rogavit de electione, ex publicatione electionis, & ex cantu Hymni *Te Deum laudamus* per Religiosos facto immediatè post electione *Rot. decis.* 312. *num.* 12. & 13. *par.* 4. *tom.* 2.

Distinctio de qua in *Cap.* 1. *num.* 5. *de Spons.* circà Constitutionem Concil., & Constitutionem Papæ, non admittitur per *Rot. dec.* 648. *n.* 8. *par.* 4. *tom.* 3.

Beneficia vacantia tempore vacationis Sedis Abbatialis, vel Episcopalis reservantur per regulam secundam hodie tertiam Cancellariæ *Rot. dec.* 536. *num.* 8. *par.* 5. *tom.* 2.

Abbatis *propria Diœcesis*, dicitur Monasterium exemptum ab omni jurisdictione Episcopi, *decis.* 373. *num.* 26. *par.* 11.

Electio Abbatis, qui non sit professus est nulla & vigore *Sac. Conc. Trid.* debet saltem per Annum stetisse in probatione, antequàm ad possessionem admittatur *Seraph. decis.* 647. *num.* 1.

Et qui non sit in Sacris Ordinibus constitutus *Seraph. decis.* 647. *num.* 3.

Non debet admitti in Abbatem, qui Monasticam Regulam priùs non didicit *Seraph. decis.* 647. *num.* 2.

9 Abbas quoad jurisdictionem, & Pontificalia.

Vide etiam Abbas in genere,

Ubi Abbates, aliique inferiores Prælati *habent Territorium separatum*, illud *dicitur* esse *Nullius Diœcesis*, itaut, nec in Diœcesi, nec de Diœcesi alterius conferri possit, sed est propria Diœcesis, & per se, respectu cujus ipsi quoque Diœcesani vocantur, *dec.* 324. *num.* 1., & 346. *num.* 1. *par.* 1., *Seraphin. decis.* 1278. *num.* 4.

Abbas Monasterii, cui fuit Parochialis unita *exercere potest omnia jura Parochialia*, prout exercere possunt alii Parochi, *decis.* 49. *num.* 33. *par.* 15., & dicitur verè Parochus ejusdem Ecclesiæ, *decis.* 93. *num.* 1. *par.* 16.

Non potest recipere mutuum in præjudicium Ecclesiæ, *decis.* 42. *n.* 2. *par.* 15.

Abbates in Ecclesiis sibi subjectis, *habent*

bent jus instituendi; Monachi autem ibi delinquentes judicio Synodi mulctantur, & fœlici Mucrone Episcopi Sacerdotum piacula resecantur *Rot. decis.* 15. *num.* 4. *par.* 1.

Abbas Conventualis dicitur habere administrationem rerum ipsius Monasterii, etiam ad effectum, ut bona solita locari possint aliis concedi cum consensu sui Capituli, *decis.* 554. *n.* 7. *&* 8. *par.* 1. *divers.*

Non potest *sine consensu sui Conventus* renunciare privilegio Exemptionis à jurisdictione Episcopi, *decis.* 22. *n.* 8. *par.* 2. *divers.*

Contrà Monachos procedere possunt Abbates ad correctionem secundum instituta regulæ non autem in forma juris *Rot. decis.* 15. *n.* 4. *par.* 1., & possunt eosdem excommunicare, respectu tamen fori pœnitentialis, non autem contentiosi, ibi *num.* 13.

Abbas *sine jurisdictione* nominat Vicarium, auctorizabili auctoritate Episcopi approbandum, *decis.* 93. *num.* 11. *par.* 16.

Habens unionem cum jurisdictione; deputat absolute Vicarium, excluso in totum Episcopo, *decis.* 93. *num.* 11. *par.* 16.

Potiùs Abbati, quam Episcopo tenentur Monachi *obedire* in his, quæ concernunt fractionem voti, & observationem regulæ, secùs ubi agitur de causis juxtà ordinem juris tractandis, eo enim casu Episcopo potius, quam Abbati debent obedire *Rot. decis.* 15. *num.* 10. *par.* 1.

Abbas dicitur *intitulatus* in Abbatia regulari, ad quam eligitur, & confirmatur, *decis.* 772. *num.* 8. *par.* 1. *divers.*

Non potest conferre *primam tonsuram*, nisi Monachis, & Conversis Monasterii, & in quas habet jurisdictionem Episcopalem, vel quasi, *decis.* 731. *num.* 8. *par.* 1. *divers.*

Si Abbas habeat jurisdictionem quasi Episcopalem, ac Territorium separatum, potest eam in Ecclesiis sibi subditis exercere prout exercet Episcopus in sua Diœcesi, ac Territorio, *decis.* 446. *num.* 1. *par.* 1., quod tamen est probandum, cum, quod sit Territorium separatum non præsumatur, *decis.* 600. *n.* 24. *par.* 4. *com.* 3. *Mantic. decis.* 361. *num.* 2. *&* 3.

Ædificationis Ecclesiæ consentiendi facultatem habens censetur etiam eadem habere consentiendi dotationi, *decis.* 99. *num.* 8. *par.* 2. *divers.*

Etiam exemptus non potest unire Ecclesias sibi subditas pleno jure aliis eorum Monasteriis, si tamen factæ sint uniones per tales justam causam præscribendi præbent. *In pract. Rot. Rom. de union. post decis. divers. par.* 2. *n.* 10. *& seqq.*

Abbas *licet habeat jurisdictionem cumulativam cum Episcopo*, adhuc tamen Episcopus remanet verus Diœcesanus, *decis.* 156. *num.* 7. *par.* 1., *decis.* 103. *num.* 20. *par.* 19. *tom.* 1.

Major etiam in Consilio, & Capitulo generali si erigat, seu ordinet unam Sacristiam, seu Custodiam in aliquo Prioratu perpetuo, & Conventuali à suo Monasterio dependente, Priore non vocato, & statuat huic Custodi de bonis Prioratus fore providendum, hujusmodi erectio, seu ordinatio non valet, *decis.* 1. *de his, quæ fiunt à Præl. sine consensu novis.* 175.

Privari non debet Abbas sua quasi possessione habendi Territorium separatum à Diœcesi *Rot. decis.* 332. *num.* 3. *par.* 1.

Exemptus, licet sit negligens, nihilominus non potest Episcopus ejus negligentiam supplere, *decis.* 717. *num.* 3. *par.* 4. *divers.*

Si non permittat retinere Monacho *legatum* relictum sub conditione Monasterio quæratur legatum, non substinetur, *decis.* 410. *num.* 14. *par.* 16.

Abbas regularis habet potestatem procedendi sine adjunctis contrà capitulares *Rot. decis.* 208. *num.* 2. *par.* 3.

Habens jurisdictionem quasi Episcopalem, & Territorium separatum Diœcesani nomen assumit, *decis.* 274. *n.* 12. *par.* 17.

Abbas *si sit Patronus* unius Ecclesiæ, & in ea novæ Cappellaniæ ædificentur, videtur etiam illorum esse patronus, *dec.* 15. *n.* 1. *in antiquis de jurepat.* 459.

Et

Et conventus si in aliqua causa simul sunt litem contestati, tunc simul, & divisim possunt in causa procedere, & sufficit contra alterum ferre sententiam: sic, etsi essent ambo Procuratores insolidum constituti, *decis.* 9. *in fin. de re judic. in noviss.* 175.

Abbas *non potest dispensare*, ut Monachus teneat peculium, ut proprium, sed tantùm quoad administrationem, *decis.*246. *ante fin. par.*4. *tom.*1.

Ex multis habere dicitur *jus visitandi*, *decis.*150. *num.*3. *par.* 10.

Abbas, qui *Sacramentum Confirmationis* administravit, hoc non potuisset, si Ecclesia non esset illi subjecta, & separata à Diœcesi Episcopi, *decis.*373. *num.*24. *par.* 11.

Quandò nititur speciali *privilegio Exemptionis* à jurisdictione Episcopi, non est ampliùs de illis, qui includuntur in Juris, & Concilii dispositione, ut ejusdem ordinariæ jurisdictioni subjaceat, *decis.*235. *num.*5. *par.*13.

Habens *jurisdictionem ordinariam*, venit sub nomine Ordinarii, *decis.*71. *n.*12. *par.* 14.

In Territorio ad sui favorem *separato est Diœcesanus*, & ordinarius, ut erat Episcopus ante separationem, *dec.*99. *num.*4. *par.*14.

Se gerere debet *tamquàm Episcopus*, ut habeat jurisdictionem in laicos, *decis.* 340. *num.*17. *par.*15.

Ut possit exercere *jurisdictionem in Populum*, & Clerum secularem, docere tenetur concessam sibi fuisse jurisdictionem quasi Episcopalem cum separatione Territorii, *decis.*340. *n.*17. *par.* 15.

Abbas *confert beneficia* Regularia, constito, quod Ecclesia sit Regularis *Manzaned. decis.*41. *num.*2.

Abbates prohibentur cognoscere *causas Criminales per Sac. Concil. Trident. de Caus. Crimin.*, nisi per tres sententias, vel per immemorabilem probent pertinentiam suæ jurisdictionis *Manzaned. decis.*826. *num.*4.

Fallit quando habent pro se rem judicatam, licet per unicam sententiam, quæ sufficit ad evitandum rigorem *Concil. Trident. Manzaned. decis.*826. *num.* 5.

Abbas indicere potest *processiones*, & venit nomine Episcopi, & Ordinarii *Cerr. decis.* 744. *num.* 12.

Abbati *in materia jurisdictionali*, censetur præservatum, quod Episcopo non fuit attributum *Cerr. decis.*744. *num.*6.

Abbates *prohibentur exercere Pontificalia* extrà eorum Ecclesias, nisi habeant privilegium à Summo Pontifice *Cerr. decis.*723. *num.*9.

Idque procedit, etiamsi Ecclesiæ sint exemptæ, & in Abbatibus habentibus Territorium separatum, & jura Episcopalia *Cerr. decis.* 744. *num.* 14.

Divisionem bonorum, quam fecit cum suo Conventu revocare potest, non dum secuto beneplacito Apostolico *Duran. decis.*459. *num.*6.

Exemptus *à jurisdictione Episcopi* transfigere non potest super rebus Ecclesiæ sine beneplacito Apostolico, nec sufficit Episcopi consensio *Duran. decis.* 459. *num.* 7.

Monachos recipere spectat ad Abbatem, & Conventum, vel ad Conventum *Coccin. decis.* 1431. *num.*14.

Quasi possessio *Exercendi jurisdictionem Ordinariam*, & quasi Episcopalem probatur ex actibus reiterate gestis dictam jurisdictionem concernentibus *Coccin. decis.*1054. *num.*2.

Territorium separatum quoad certas Ecclesias existentes in aliena Diœcesi, tam vigore concessionis Apostolicæ, quam immemorabilis, vel quadragenariæ cum titulo potest acquirere *Coccin. decis.*870. *num.*2.

Concionatores deputandi jus, ad quem spectat, potest illum ante, vel in ipso die concionis transmittere *Coccin. decis.* 1332. *num.* 2.

Nec Vicarius irrequisito Abbate *Concionatore* potest eligere, ibi *num.*3.

Abbates *inferiores Regulares*, non possunt in judicio comparere pro universa Congregatione *Pen. decis.* 1331. *num.* 12.

Abbates *præcedunt* Canonicos Cathedralis Ecclesiæ *Pen. decis.* 1597. *n.* 7.

Non habent facultatem concedendi *licentias ad concionandum*, & audiendum

dum confessiones ex juris dispositione *Peu, decis.* 1052. *num.* 2.

Non possunt celebrare minores Ordines in Diœcesi aliena, etiamsi Monasterium sit proprium *Peu.dec.*1072.*n.*12.

Abbati manutentio est concedenda super exercitio jurisdictionis, si eam prætendat cumulativè tantùm, non autem privativè quoad Episcopum *Ubald. decis.* 19. *num.* 4. *par.* 3.

Beneficiatos cogere potest ad obediendum pœna pecuniaria *Emerix jun. decis.* 336. *num.* 3.

Decimas, atque primitias exigendi, in jure fundatam habet intentionem, etiam tanquàm Parochus Ecclesiæ unitæ *Emerix jun. decis.*473.*n.*1. *&* 2. *Vide Decimæ*.

Diœcesanus dicitur, si habet jurisdictionem quasi Episcopalem, ac Territorium distinctum, & separatum *Emerix jun. decis.* 97. *num.* 12.

Generalis habet assistentiam Juris super jurisdictione in Monasteria, & Religiosos ejus Ordinis *Emerix jun. decis.* 1167. *num.* 5.

Judex esse potest in causis suæ Ecclesiæ Monasterialis de consuetudine Curiarum Ecclesiasticarum *Emerix jun. decis.* 1098. *num.* 16.

Jus habet modicæ coercitionis, vel correctionis in proprios subditos *Emerix jun. decis.*1308. *num.*14.

Jus visitandi non habet *Mantic.dec.*271. *num.* 6.

Abbas *non potest* dispensare, ut Monachus retineat peculium, ut proprietarius,non ut dispensator *Martin.Andr. decis.* 78. *num.* 22.

Abbas *quantumcunque exemptus*, non potest literas dimissorias Clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur, concedere; sed regularibus tantùm sibi subditis *Seraphin decis.*985. *num.*2.

Non potest Ordines conferre Personis secularibus *Seraphin. decis.* 985. *num.* 1. 5. *&* 8.

Habenti jurisdictionem quasi Episcopalem, competunt ea omnia, quæ possunt competere Episcopo in suo Territorio *Seraphin. decis.* 1386. *num.* 3.

Jurisdictio, quæ competit Abbati, facit, quod Territorium dicatur effectum propria Diœcesis Abbatis *Seraphin. decis.*459. *num.*2

Et Episcopus non potest visitare illud Territorium, etiam tanquàm Sedis Apostolicæ delegatus *Seraphin. decis.* 459. *num.* 5.

Abbati *nullius Diœcesis* habenti jurisdictionem quasi Episcopalem literæ dispensationum Matrimonialium, & similes ejusdem Provinciæ remitti debent *Seraphin. decis.*1052. *num.* 1.

Abbas *exercens jurisdictionem* temporalem tantùm, licet utatur mitra, & baculo, & alia faciat spectantia ad spiritualitatem, non potest impedire Episcopum, quin temporalem, & contentiosam jurisdictionem ad se ex *Sac. Concil. Trident.* dispositione spectantem exerceat *Seraphin. decis.*311. *num.* 1.

Ubi Abbates, & alii Superiores Regulares habent jurisdictionem temporalem in Parochianos, *Episcopus non potest visitare* Parochias, nec Personas curam Animarum, & Sacramenta exercentes *Seraphin. decis.* 1057. *n.*2.

Regulariter non potest impertiri solemnem benedictionem, nisi in Ecclesiis sibi pleno jure subjectis *Seraphin. decis.*467. *num.*5.

Abbates *in Beneficiis unitis*, deputare possunt Curatos Regulares, vel Seculares ad eorum nutum *Benincas. decis.* 55. *num.* 1.

Abbas *admittit* Novitios ad professionem *Panphil. decis.*517. *num.*3.

Confirmare non tenetur Priorem electũ à Canonicis, seu Monacis *Panphil.decis.*241.*num.*1., *&* 517.*num.*1.2.*&* 6.

Sed potest electionem non admittere *Panphil. decis.*517. *num.* 1. 2. *&* 6.

Intellige concurrente legitima causa, quia ea cessante, utique tenetur confirmare Priorem Canonice electum *Panphil.decis.*336.*num.*5., *&* dec.546. *num.*1. *&* 2. ubi *de ratione*.

Defert Novitiis juramentum obedientiæ *Panphil. decis.*517. *num.*3.

Obedientiam exigit à Monacis sibi subditis,& ab Officialibus Monasterii *Panphil.dec.*517. *num.*1., *&* dec.241. *n.*3.

Pro-

Procedit si in Priore adsit malitia, vel præsumptio alicujus odii *Panphil. decis.530. num.6.*

Removet ad nutum Priorem electum, & admissum *Panphil.dec.517.n.1.2. & 6.*

Revocat Monachos, ac etiam Priores ad Claustrum pro sui libito *Panphil. decis.530. num.6.*

Abbati subordinatur Prior Monasterii, & dicitur Prior Claustralis *Panphil. decis.517. num.5.*

Locum tenet Prior conventualis, ideò præest conventui Abbatiali, prout ipse Abbas *Panphil. decis.517. num.1.*

Nuncupari solitus manutenendus est in quasi possessione hujusmodi nuncupationis *Panphil. decis.466. num.1. & 6.* intellige, ut *n.10.*, & quomodò probetur ad hunc effectum possessio, *ibid.n.2.*

An competat, nec ne talis nuncupatio, discutiendum est in petitorio *Panphil. decis.466. num.6.*

Limitatur si talis nuncupatio fuisset facultativa, & quomodò probetur talis nuncupatio facultativa, *ibid. num. 6.*

Præbendas, & maximè dignitates *conferre* non potest *Coccin.dec.1007.n.21.*

Super distributionibus *habet jus statuendi*, seu ordinandi *Coccin.decis.795.n.3.*

Super celebratione Missarum, piorum suffragiorum, & distributionibus Anniversariorum Jus competit Abbati, & Capitulo Ecclesiæ Gerunden. privative *Coccin. decis.1411. num.1.*, & *decis.1747. num.1. & 3.*

Quod Abbas habeat *jus conferendi*, probatur ex enunciativis antiquissimis *Ottobon. decis. 125. num. 2.*

Item ex provisionibus, & collationibus factis per suos Antecessores *Ottobon. decis. 125. num. 4. & 5.*

Item ex confessione Ordinarii, de cujus præjudicio agitur *Ottobon.dec.125.n.9.*

Facultatem habet deputandi *Vicarium* in Ecclesia, seu beneficio ejus Monasterio unito *Ottobon. decis. 159. num.2.*

Abbas *Exemptus conferre* potest privative quoad Ordinarium beneficia, & Ecclesias, quæ sunt membra sui Monasterii *Ottobon. decis.125. num.1.*

Si aliquandò solus administravit bona Ecclesiæ privativè quoad Canonicos existentes in possessione administrandi una cum Abbate non ex hoc quasi possessionem administrandi Canonici amittunt *Peutinger. decis.480. num.4.*

Abbas *particularis* unius Monasterii, non habet facultatem comparendi pro tota Congreg. *Pen.dec.1309.n.13.*

Abbas constitutus *Præses* Collegii, habet dignitatem *Pen. decis. 1597. n. 3.*

Abbas, ut *sit dignitas*, debet habere administrationem perpetuam cum jurisdictione *Pen.decis. 1597. num.6.*

Abbas, *ut dicatur verè Parochus*, ultrà ex actionem decimarum, cætera quoque emolumenta Parochialia percipere debet, assignata sola congrua Vicario, *dec.32. n.15. p.18. tom.1.*

Non potest admittere *resignationem ad favorem consanguinei* resignantis, *decis.329. n.15. p.18. tom.1.*

Si est verus Ordinarius, & in Episcopi locum, ac jurisdictionem habere debet, *dec.437. n.14. p.18. tom.2.*

In causa suæ mensæ potest allegari suspectus, tàm ipse, quàm ejus Vicarius. Quamvis sit Judex competens, *decis.544. n.37. & 38. p.18. tom.2.*

Et Prior, & Superior Ecclesiæ, non potest alterare solutionem decimarum sine beneplacito Apostolico, *dec.811. num.7. p.18. tom.2.*

Regularis potest coercere beneficiatos seculares suæ Ecclesiæ, quamvis non subditos, si ejus monitis indiscretè obedire recusent, *dec.415. n.8. p.18. tom.2.*

Et Beneficiati, sicuti Episcopus, & Clerici sibi honorem invicem præstare debent, *dec.222. n.8. p.19.*

Prior, & cęteri Superiores Ecclesiæ, vel Monasterii secundùm suam conscientiam *delinquentes* corrigere, & castigare debent, *dec.222. n.12. p.19. to.1.*

Et alius Superior, *si habeat jurisdictionem in suos Clericos* Beneficiatos, & Canonicos, illa intelligitur ratione reverentiæ, & obedientiæ solùm, *decis.222. n.1. & 6. p.19. tom.1.*

Admissio Abbatis à collitigante ad locanda proprio jure bona fideicommisso subjecta facti veritatem clariorem reddit, *dec.57. n.17. p.13.*

Abbas, *quod habeat facultatem* congre-

gandi Synodum cognoscitur ex verbis claris privilegii, *dec.619.p.4.divers.*

Abbati, & Capitulo *competit jus statuendi* supèr distributionibus anniversariorum, & in hoc habent intentionem fundatā de jure,& hoc jus possunt prætendere Beneficiati, *dec.321. n.1. 2.3.,& 8.,& dec. 309.n.1.4.,& 6.p.6.*

Assignato Oppido per abstractionem Abbati, id quod ad Episcopum spectabat agere, Abbas agere tenetur, *dec.235. n.4. p.13.*

In Graneiis suæ Abbatiæ debet Abbas regularis providere de Rectore, *decis.560. n.2. p.3.*

Abbati *præservatum censetur* id, quod expresse non fuit Episcopo attributum, *dec.71. n.6. p.14.*

Penès Abbatem concedentem, alienatio intèr diversas Ecclesias non dicitur facta, dùm adhùc remanet jurisdictio, quæ facit, ut beneplacitum Apostolicum non esse adhibendum videatur, *dec.62. n.11. p.13.*

Potest *Priorem à Monachis electum non admittere*, & confirmare, & admissum ad sui libitum removere, *dec.112. n.2., & dec.329. n.1. p.4. tom.1., decis.778. n.1. 2. 3. & 4. p.1. divers.*

Abbatem *habere jurisdictionem* probatur ex actu carcerationis per eum facto, *dec.103. n.20. p.19.*

Quamvis Abbates habeant jurisdictionem quasi Episcopalem, tamen subjiciuntur Ordinario circà visitationem Ecclesię,in his,quę concernunt curam Animarum, & administrationem Sacramentorum, *dec.220. n.31. p.9. to.1.*

Abbas, *cui per privilegium Papæ est concessa jurisdictio* alicujus Oppidi dicitur Ordinarius, & Diœcesanus *Cerr. dec.463. n.6.*

Et potest eamdem exercere privativè quoad Episcopum *ibi n.7.*

Jura Episcopalia non presumitur habere, nisi probetur, & ostendatur privilegium Apostolicum, quia solus Papa talia jura concedere potest *Rot. decis.655. n.5. p.3.*

Abbates prohibentur exercere *Pontificalia* extrà eorum Ecclesiam,nisi contrarium ex privilegio doceatur, *dec.293. n.10. par.13.*, & hoc procedit etiamsi fuerint invitati, *dec.71. n.14. par.14.*

Abbas Monasterii Claustralis habet facultatem condendi statutum, ipse tamen à statuto Monasterii non ligatur *Rot.dec.112.n.5.p.4.tom.1.rec.*, prout etiam competit jus statuendi supèr distributionibus anniversariorum Abbati, & Capitulo, & in hoc habent intentionem fundatam de jure *Rot. decis.321. n.1. 3., & 8.*, & jus prædictum prætendere non valent beneficiati *Rot. decis. 309. n.1. 4. & 6., & dec.351. n.3. p.6.*

Ecclesia Abbatialis, quamvis Parochialis, non subjacet Episcopo, *Cerr. decis.723. n.8.*

Dùm cognoscitur, an habeat jurisdictionem in suos, interim Episcopus est manutenendus in sua jurisdictione *Rot. decis.310. n.4. & 5. p.4. tom.2.*

Abbas regularis potest habere in Territorio Episcopi collationem beneficiorum secularium, *Bich. dec.339. n.7.*

Et an habeat plenariam jurisdictionem spiritualem in suos, id respicit petitorium, & dum id non canonizatur per tres conformes, Ordinarius est semper manutenendus in sua jurisdictione, *Rot. decis.310. num.6. par.4. tom.2.*

Potest revocare Monachos professos in suo Monasterio *Cavaler. dec.525. n.4.*

Abbas Superior, respectu superioris Ecclesiasticæ est Magnus Magister Religionis Hierosolymitanæ *Rot. dec.324. n.15. p.5. tom.1.*

In arduis non potest agere sine Conventu, *decis.414. num.31. par. 5. tom. 1.*, quamvis sit legitimus administrator, & caput totius Conventus, *decis.373. num.4. par.5. tom.1.*

10 Abbates diversi.

Abbas *Beatæ Mariæ de Vrache* Ordinis Sancti Benedicti Diœcesis Pampilonensis, ex speciali constitutione sanctæ memoriæ Clementis VIII. deputat Vicarios in Ecclesiis ejus Monasterio unitis *Ottobon. dec.159. n.3.*

Abbas S. Paternani Ordinis Canonicorum Regularium Civitatis Fanensis jus

jus habet providendi Ecclesias de juribus, & pertinentiis sui Monasterii *Ottobon. dec.125.n.1. & seqq.*

Abbates *Ordinis Præmonstratensis* ex regulis, ac præceptis Sancti Norberti Fundatoris convenire debent ad Capitulum generale, & tanquàm filii subesse Abbati generali *Peutinger. decis.467.n.13.*

Abbas Monasterii *Montisserrati* in sessionibus præcedit Abbatem Sancti Felicis de *Guixols*, *Roxas pag.251.n.7.*

Abbas *Sancti Antonii de Vienna* Civitatis Regni Neapolis est ordinarius provisor omnium beneficiorum sub invocatione ejusdem Sancti existentium in eodem Regno *Duran. dec.71.n.7.*

Abbas *Castri Durantis* est exemptus à jurisdictione Archiepiscopi Urbinatensis *Seraphin. dec.1336. in princ.*

Abbas, & Monachi *S. Ambrosii Majoris Mediolanensis, Ordinis Cisterciensis*, & cœteri Cistercienses sunt exempti à jurisdictione Episcoporum, præterquàm in casibus particularibus contentis in decretis *Sac. Concil. Triden. Seraphin. dec.960.n.1.*

Abbas *de Amerio* se obligat Episcopo Gerunden. ad ejus Synodum accedere *Benincas. dec.214.n.5.*

1 *Abbatia in genere.*
2 *Abbatiæ diversæ.*

1 Abbatia in genere.

Abbatia sita *intrà fines alicujus Diœcesis* dicitur sita intrà limites ejusdem Diœcesis, *dec.405.n.1.p.1.*

Abbatia per appositionem manus Papæ, remanet Sedi Apostolicæ reservata *Ansald. dec.74.n.31.*

Possessio Abbatiæ, & beneficii probatur per testes deponentes, *decis.210.n.1. par.1.*

Regularis, & beneficia regularia administrationem habentia, professionem de tempore collationis requirunt *Buratt. decis.463. num.1.*

Quandò Abbatia providetur in Concistorio, & ejus Abbas vocatur ad Concilium Provinciale, exindè arguitur, quod habeat territorium separatum *Benincas. decis.214. num.13.*

Contrarium verius, ubi desit legale privilegium, cum tales actus fieri non soleant in amplitudinem officii *ibid. num.14.*

Caput esse Ecclesiæ Collegiatæ, probatur ex literis erectionis *Coccin. decis.820. num.1.*

Fundari debet à Patre ad favorem filii in casu, de quo in *decis.1881. num.1. coràm Coccin.*

Sententia enuncians aliquam Abbatiam esse intrà fines alicujus Diœcesis, concurrentibus adminiculis probat *Coccin. decis.911. num.8.*

Non comprehendi in certo territorio, ex pluribus deducitur *Coccin. decis.755. num.13.*

Abbatiam *certæ Diœcesi* esse restrictam per enunciativas antiquissimas probare sufficit *Carill. pag.250. n.5.*

Abbatiæ *expensæ* refici illæ debent, quæ probantur factæ pro necessariis oneribus Monasterii *Duran. dec.3. n.1., & decis.77. num.1.*, ubi diversæ expensæ referuntur, *& decis.102. num.1., & decis.106. per tot.*

Abbatia *est dignitas*, *Seraphin.decis.514. num.7.*

Et ejus districtus, potest per Episcopum visitari, licet sit exempta, cum dicatur esse in Diœcesi Episcopi, nisi sit penitùs suppressa jurisdictio Ordinarii *Seraphin. dec.433. num.1.*

Ad hoc, *ut sit exempta* ab Ordinario, & Papæ subjecta, requiruntur centum anni *Seraphin. dec.1021. num.6.*

Ex eo, quod Abbatia sit suscepta sub protectione Sedis Apostolicæ, non sequitur, quod sit exempta à jurisdictione Ordinarii *Seraphin. dec.1021. n.7.*

Dispositio Cap. quia propter de electione, non procedit in Abbatiis *Seraphin.decis.647. num.4.*

2 Abbatiæ diversæ.

Abbatia *Griptæ ferratæ* possidebat castrum Ariciæ, & alia, quæ tempore Julii II. alienata fuerunt, *dec.93. n.33. par.5. tom.1.*

Ab-

Abbatia Farfensis exigit decimas ab omnibus bonis sui territorii *Pamphil. decis.49. num.8.*, sunt enim omnia illius bona subjecta directo Dominio Abbatiæ *ibid.*

Possidet castra libera, *decis.93. num.33. par.5.tom.1.*, prout etiam Abbatia ad Tres Fontes Sancti Pauli,*ibid.d.n.33.*, *Coccin. decis.1715. n.42.*

Usque ab initio *convenit cum suis Vassallis* non retinere, sed renovare proximiorem ultimi emphyteutæ, defuncti, *decis.413. num.1. par.16.*

Vassalli dictæ Abbatiæ Farfensis, vigore antiquissimæ conventionis possunt allegare jus hypothecæ pro renovatione Emphytheusis, *decis.413.n.31.p.16.*

Et dicta consuetudo renovandi hæredes ultimi investiti de bonis emphyteuticis, remanet probata ex pluribus instrumentis investituræ factæ de bonis devolutis, *dec.71.n.3.p.19. tom.1.*

Abbatia *de Olivares*, & quandò fuerit dismembrata à jurisdict. Archiepiscopatus, & Capituli Hispalen. aliorumque Ordinariorum, & effecta territorium separatum, *decis. 498. num. 3. par.19. tom.2.*

Abbatissa.

Abbatissæ *electio* fieri debet per vota secreta singularum Monialium eligentium, itaùt eorum nomina nunquam publicentur juxtà Concilium Tridentinum, & electio alitèr facta est nulla *Duran. dec.232. num.1.*

Itèm nulla est si fuit facta à minore parte Capituli *Duran. decis.232. num.2.*, & an requirat duas partes illius, vel sufficiat major pars eligentium *ibid. n.3.*, *&* 4., ubi declaratur textus in *Cap. indemnitatibus §. Sanè de elect. in 6.*

Itèm an d. electio requirat formam, de qua *in Capitulo, quia proptèr de elect.* An verò in jure sit alia specialis forma præscripta in hujusmodi electione, est opinio valdè controversa *Duran. decis.232. num.5.*

Abbatissæ *interrogatio* facta *Novitiæ*, an velit facere votum, potest intelligi de expresso, non de tacito in Monasterio, in quo non solet fieri votum expressum, dummodò non intercedant contrariç protestationes ejusdem Novitiæ *Ubald. dec.277.n.4.*

Vide *Votum*.

Non potest concedere Novitiæ licentiam egrediendi è Monasterio, etiam ex causa infirmitatis *Emerix.jun.dec.128. num.4.*

Abbatissam concepisse, & peperisse probare volens dicitur habere materiam relevantem, & ei datur remissoria *Crescent. dec.9. n.3. fol.95.*

Gravius punitur, si fuerit corrupta,quàm Monialis, & ejus corruptio dicitur sacrilegium *Crescent. decis. 9. num. 4.*, *&* *5. fol.95.*

Sola potest *Procuratorem constituere* ad agendum super hæreditate ex Monialis successione ad Monasterium devoluta *Put. dec.285. in princ. lib.3.*

Abbatissæ ejectæ debentur alimenta, sed non expensæ litis *Put. decis.271. in princ. lib.1.*

In propria causa *agenti*, non debentur expensæ litis *Put. dec.271. n.1. lib.1.*

Non potest præjudicare in acquisitis Monasterio, *dec.678. n.6. p.3.*

Potest, per quemdam Archidiaconum, instituere Vicarium in Ecclesia sibi pleno jure spectante; Abbatissæ, & Monialibus, licet cura committi non possit quoad exercitium actuale, tamen jus potest ipsis competere, ut exercitium faciant per verum capacem illius potestatis, *dec.21.n.3. &* 4. *de præbend. Bisig.514.*

Executrix testamenti ad distribuenda bona intèr pauperes, potest eligere suum Monasterium,dummodò sit pauper *Rub. annotat. decis.460. num.122. tom.2. par.4.*

Ratione feudi, præstat juramentum fidelitatis, *dec.41. n.5. p.1. diversor.*

Antè emissionem expressæ professionis Monialis, non potest fungi munere Abbatissæ, *dec.121.n.14. p.6.*

De jure communi potest habere etiam privativè ad Episcopum jus visitandi Monasteria, & loca sibi subjecta, exceptis tamen iis, quæ respiciunt curam animarum, *decis.311. num.13. par.9. tom.1.*

*tom.*1., *Bich. decis.*194.*num.*13., *&* *decis.*267. *num.*22.

Non habet de jure communi potestatem exercendi jurisdictionem ergà provisos de beneficiis ad ipsius Monasterium spectantibus, *dec.*44. *n.*14.*p.*10.

Nec habet facultatem concedendi suæ novitiæ licentiam egrediendi Monasterium ad se ipsam de infirmitate curandam, *dec.*361. *n.*4. *p.*19.

Abbatissæ de jure communi competit jus præsentandi, aut conferendi in beneficiis fundatis in Ecclesia ad Monasterium spectante, *dec.*44. *num.*13. *p.*10., *Bich. dec.* 295. *num.*11., *Duran. decis.*707. *num.*1., *&* 2.

Jurisdictio in iis, quæ versantur extrà clausuram exerceri potest ab ea mediante persona à se deputanda, *dec.*44. *num.*32. *par.*10.

Confirmationis electio, est actus jurisdictionis, *dec.*373. *n.*20. *p.*11.

Abbatissa conferre potest beneficia, cum sit in dignitate constituta, maximè in Germania, *Zarat. dec.* 101. *n.*16., *&* 17., *Buratt. decis.*821. *n.*6., *Dunoz. decis.*504. *num.*6.

Non habet potestatem supèr bonis Monasterii absque consensu Monialium capitulariter præstito, *Arguell. decis.*9. *num.*48.

Habere potest *jus visitandi* beneficia existentia in Ecclesia Monasteriali, si vigore alicujus concordiæ inter ipsam, & Episcopum Beneficiati sunt ei subjecti, *Bich. dec.*267. *n.*14.

Incapax est jurisdictionis spiritualis, & propterea non potest interdicere, nec suspendere, *Bich. dec.*267. *n.*16., *declara, ut num.*17., *&* *dec.*295. *n.*12.

Potest Beneficiatos Ecclesiæ Monasterialis pœnis coercere, quandò talis facultas est ei à Sede Apostolica concessa, tunc enim non ipsa, sed Pontifex jurisdictionem spiritualem exercere videtur, *Bich. dec.*267. *n.*19.

Mediante persona à se deputanda facere, quæ sibi competunt, etiamsi extrà claustrum versentur, *Bich. decis.*267. *n.*29.

Ex visitationibus ab Abbatissis antecessoribus factis dicitur acquisita, quasi possessio visitandi dignitati Abbatissatus, *Bich. dec.* 194. *num.* 2.

Abbatissa alimenta habere debet, lite pendente super accusatione, etiamsi sit remota ab administratione, *Buratt. decis.*615. *num.*1.

Obedientia, & reverentia ei debetur à Canonissis secularibus, quibus præest, *Buratt. dec.*828. *n.*4., *&* *dec.*817. *n.*4.

Jurisdictionem exercere potest, non solùm in Moniales, sed etiam in Clericos sibi subjectos, *Dunozett. jun. decis.*504. *num.*5.

Sola non potest præstare impedimentum recusationi Judicis *propositæ* nomine Monialium, & Monasterii antè consensum ejusdem Abbatissæ, *Dunozett. jun. decis.*504. *num.*5.

Abjuratio.

Abjurationis hæresis forma, qualis sit, *Comit. decis.*10. *num.*14.

Cœtera. *Vide hæresis.*

Abraham.

Abraham major natu, concessit ex voluntate sua Loth facultatem optandi, facta divisione, *Crescent. dec.*3. *n.*3. *fol.*46.

Abbacalis.

Abbacalis numerationis diversitas, excludit legalitatem instrumenti, *Priol. decis.*105. *num.*4.

Abavus.

Vel Atavus, *Abnepos*, *vel Atnepos*, ferè impossibile est, quod eodem tempore supervivant, *Dunoz. jun. dec.*449. *n.*17.

Ablativus.

Absolutus prolatus ab eo, *qui habet facultatem* disponendi importat dispositionem, *Coccin. dec.*390. *num.*1., *&* *dec.*996. *n.*2., *&* 3., *Caril. pag.*150. *n.*6.

Item *formam denotat*, *Coccin. decis.*1238. *num.* 15.

Item quandò *respicit modum dismembratio-*

tionis faciendæ inducit formam, *Coccin. decis.*1236. *num.*2.

Absolutus per illa verba, *refectis tamen*, quandò non importet suspensivam conditionem, possessionis, sed præservativam jurium, *Priol. decis.* 416. *num.* 14.

Ablativus *absolutus* importat conditionem, *decis.*451. *n.*2., *Martin. Andr. decis.*103. *num.*10.

Item conditionem conditione suspensiva, *dec.*506. *n.*10. *par.*19. *tom.*2.

Ablativi *absoluti* inducunt formam, *Cesar. de Grassi. dec.*3. *n.*7. *pag.*7.

Ablativi absoluti *important conditionem*, *decis.* 516. *num.* 9. *par.* 3., *decis.* 561. *num.*4.; *decis.*474. *num.*8., *decis.*429. *num.*1., *decis.*418. *num.*7. *par.*1. *tom.*2. *decis.* 306. *num.* 3. *par.* 8., *decis.* 184. *num.*3. *par.*12., *decis.*202. *num.*1., *decis.* 339. *num.*4., *decis.* 346. *num.*1., *decis.* 56. *num.* 4. *par.* 10., *decis.* 184. *num.*3. *par.*12., *decis.*344. *num.*5., & *decis.* 34. *num.*33. *par.* 17., *Bich. decis.*298. *num.*4., & *decis.*510. *num.*9., *Zarat. decis.* 27. *num.*8., *Arguel. decis.*64. *num.* 2., & *decis.* 29. *num.*8., *Buratt. decis.*696. *num.*2., *Dunozett. jun. decis.* 712. *la* 2. *num.*2., *Ludovis. decis.*492. *num.*7., *Peutinger.decis.*22. *num.*3., & *decis.*125. *num.*2., *Merlin. decis.* 247. *num.* 8., & 264. *num.* 1., *Duran. decis.*459. *num.*4., *Verall. decis.*150. *num.*2.

Ablativi absoluti important *formam*, *decis.*161. *num.*8. *par.*4. *tom.*2., *dec.*474. *num.*9., *decis.*561. *num.*13. *par.*5. *tom.*2. *dec.*9. *num.*14., *decis.*8. *num.*2. *par.*11., & *decis.*184. *num.*4. *par.*16., *Manzaned. decis.* 493. *num.*2., *Merlin. decis.*247. *num.*9.

Præcisè *observandam*, *decis.*336. *num.*12. *par.* 10., & *decis.* 331. *num.* 6. *par.*9. *tom.*2., & *quandò decis.* 316. *num.* 4. & *seqq. par.*16., *Bich. decis.*408. *n.*2. *Arguell. decis.*64. *num.*3.

Per ablativum absolutum prolata *verba deficiente Pompilio* in conditionem *resolvuntur*, *decis.*154. *num.*2. *par.*13.

Licet ablativus absolutus faciat conditionem, *non* tamen *inducit formam obstativam resolutioni pluralitatis* in singularitates, *decis.*437. *num.*9. *par.*9. *tom.*2., *Bich. decis.*279. *num.*8.

Per illum *verba indeterminatè concepta* sunt apta comprehendere omne tempus, & omnes Personas, *decis.* 354. *num.*79. *par.*11.

Non semper præcisam *conditionem importat*, sed intelligitur prout de jure, *decis.*47. *num.*8. *par.*15.

Non tribuit *jurisdictionem*, nisi adimpleta conditione, *decis.* 322. *num.* 1. & 2. *par.*17.

In substitutionibus resolvitur in suas singularitates *Bich. decis.*337. *num.*2

Et talis resolutio *facilius admittenda est ex* præsumpta *voluntate Testatoris* favore Descendentium, & ad evitanda absurda *Bich.dec.*337. *num.*14. & 16.

Ablatum.

Ablatum per legem contemplatione alterius Partis, eidem acquiritur, *decis.*823. *lib.*3. *num.* 1. *par.*3. *divers.*

Verbum importat ablationem invito eo, à quo res aufertur, *decis.*453. *num.*15. *par.*4. *tom.*1., *Buratt.decis.*240. *n.*11.

Abortus.

Abortus sequi non potest ex simplici pugno, *decis.*333. *num.*1. *par.*9. *tom.*2.

Super abortu, & adulterio quærela à Viro in Uxorem data parit odium inter Conjuges ad thori separationem, *decis.*328. *num.*1. & 2. *par.*13.

Abrasio.

Abrasio *scripturæ*, licet in loco substantiali non nocet, quandò ex antecedentibus, & subsequentibus veritas deprehendi potest, *decis.*427. *num.*2. *tom.*2 *par.*4.

Et cancellatio signi, seu stigmatis animalis alieni sonat in delictum, & culpam punibilem, *decis.*288. *n.*8. *par.*8.

Lineæ si non est in corpore, sed in principio partitæ nihil facit, *decis.* 244. *num.*26. *par.* 8., *Coccin. decis.* 1341. *num.* 29.

Si apparet facta *ex intervallo*, non præsumi-

sumitur secuta de voluntate contrahentium, *decis.*219. *num.*13. *par.*16.

Vel apostilla potiùs præsumitur facta post Instrumentum, quam Notarium falsitatem commisisse dicatur, *dec.*219. *num.*14. *par.*16.

Signi denotantis locum, in quo verba apostillæ debuerant extendi tollit fidē Instrumento, *decis.*310. *num.*1. *par.*16.

Et cancellatio *scripturæ* non admittitur, maximè in civilibus, *decis.* 150. *n.*10. *par.*17.

Abrogatum Statutum non ampliùs attenditur, *decis.*235. *num.*32. *& seqq.* *par.* 16.

Abrogata non ampliùs attenduntur, *decis.*212. *num.*8. *par.*17.

Abrogatio.

Abrogationis causa, quandò est generalis, extenditur etiam ad actus in abrogatione non expressos, *decis.*21. *n.*5. & 6. *par.*14.

Pro abrogatione constitutionis, vel legis, non sufficit sola tolerantia Principis, sed illius expressa permissio requiritur, *decis.*418. *num.*12. *par.*18. *tom.*2.

Absconditus.

Absconditus non dicitur, qui in aliqua Civitate inhabitat, *dec.*117. *n.*2. *par.*15.

Abreptio.

Abreptio plenè, & concludentèr est probanda *Roxas pag.*326. *num.*6.

Præsertim ad retardandam executionem Brevis, & hæ exceptiones reservantur ad petitorium, tanquam requirentes altiorem indaginem *Rox. pag.*326. *n.*6.

Abbreviatura.

Abbreviatura reperta in protocollo Notarii, qui dicitur esse rogatus sine Testibus, & sine Anno, facit, ut non dicatur non esse factum in forma probanti, *decis.*284. *num.*1. *lib.*2. *par.*3. *divers.*

Extendi debet per Notarium, qui de Instrumento rogatus fuit, *Buratt. decis.*120. *num.*10., & juxtà stylum particularem ipsius Notarii, non autem generalem omnium Notariorum, *Buratt. decis.*120. *num.*11.

In Testamento appositæ, non important fideicommissum, *Manzaned. dec.*357. *num.*6.

Abbreviatores.

Abbreviatores petiti in negotiis supplices libellos concernentibus mandato Rotæ ab Auditoribus sæpè consuluntur, *decis.* 592. *num.* 5. *lib.*3. *par.* 3. *divers.*

De Parco majori, qui sunt Prælati, & sedent in Cappella, olim habebant Uxores, *decis.* 201. *num.* 41. *par.* 5. *tom.*1., *Coccin. decis.*1790. *num.*4.

Abbreviatorum relationi interdum statur, *Verall. decis.*72. *num.*3.

Abdicatio.

Abdicatio totius juris in donatione, ex verbis desumitur, *dec.*529. *n.*21. *par.*14.

Ad abdicandum *minor* Conventus ab eo possessionem, stare potest in judicio absque Curatoris auctoritate, *dec.*192. *num.*8. *par.*13.

Abjurans.

De levi non fit inhabilis ad beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, *Buratt. decis.*635. *num.*9.

1 *Absens in genere.*
2 *Quoad acquisitionem.*

1 Absens in genere.

Non potest condemnari *absens*, nisi saltem fuerit citatus per edictum, *decis.*609. *num.*2. *par.*1., cum non præsumatur habere notitiam citationis eidem domi factæ, *decis.*130. *num.*34. *par.*6., *decis.*28. *num.*3. *de appellat. in antiq.*387., *Buratt. decis.*848. *num.*9., *Ottobon. decis.* 41. *num.* 5., *Panphil. decis.*346. *num.*5. & 6.

Per audientiam contradictarum citari potest, sed excommunicari non potest, licet benè suis Procurator, *decis.28.n.2. de appellat. in antiq.*387., *Peutinger. decis.96.num.*4., *Merlin. decis.*604.*num.*16., *Penn. decis.*405. *num.*5.

Absentes à Conventu, vel Capitulo, eo casu in alienatione bonorum Ecclesiæ non sunt vocandi, quandò ex tribus partibus, saltem sunt præsentes duæ, secus verò si adsit unus tantùm Canonicus, vel unus Monacus, *Rub. in annot. decis.*14. *num.*48. *par.*3., *Dunozett. jun. decis.*731. *num.*16.

Præsumitur scire factum alienum tendens ad commodum suum, *decis.*800. *num.*13. *par.*1. *divers.*

Non potest retractare, quæ sunt gesta à Collegio, secus si præsens, & in Carceribus detentus, *decis.* 1357. *lib.* 3. *par.*3. *divers.*

Absens voluntariè nulla gaudet restitutione in integrum adversus præscriptionem, *Rub. in annot. decis.*6.*n.*27. 31.*&* 33.*par.*3.

Ex causa non urgenti, & necessaria, non potest frui privilegio eorum, qui necessario dicuntur abesse, ad hoc ut familiaritas non interrumpatur, *dec.*213. *num.*3. *lib.*3. *divers.*

De idoneitate examinati Testimonium ferre nequit, *decis.*551. *num.*2. *par.*4. *divers.*

Inter Absentes, & Canonicos mortuos est magna differentia, *Rot. dec.*1.*n.*3. *par.*4. *tom.*2.

Absens à Civitate, non præsumitur habere notitiam citationis eidem domi factæ, *decis.*130. *num.*34. *par.*6.

Ex facto Notarii, seu alterius prò ipso absente stipulantis non obligatur minor absens, *decis.*446.*num.*10.*par.*13.

Minor absens obligatur ex contractu Curatoris causa necessaria inito, *decis.*39. *num.*8. *par.*11.

Licentia abessendi concessa per triennium ea incipit currere non à die concessionis licentiæ, sed ab ipsius absentiæ tempore, *Rot. decis.* 434. *num.*5. *par.*4. *tom.*2., quod secus dicendum est, si in licentia dictum fuit à die datæ præsentium, *Ibid. num.*6.

Abesse à Capitulo non potest dici Canonicus sine licentia, si tempus ei indultum, ut abesse possit, adhuc duret, *Rot. decis.*571. *num.*12. *par.*4. *tom.*3.

Absens adultus à loco Judicii, & absque deputatione Curatoris Conventus, censetur nulliter condemnatus, *decis.*50. *num.*8. *par.*11.

Absenti donari potest, ita quod acceptatio donatarii, potest fieri post donationem factam, *dec.*245. *num.*3.*par.*1. *divers.*

Beneficium conferri potest absenti, & sufficiens est ipsius subsequens ratihabitio, *dec.*486. *n.*6. *lib.*3.*par.*3. *divers.*

Animo acquiri potest per Amicum, subsequente acquisitionis ratificatione, *decis.*463. *num.*6. *lib.*3. *par.*3. *divers.*

Absenti jus acquiritur per juramentum, etiam absque stipulatione, *decis.*346. *num.*7. *par.*4. *divers.*

Per stipulationem Notarii, non acquiritur jus revocabiliter, sed irrevocabiliter, nisi scienti, & consentienti, *decis.*12. *num.*10. *&* *seqq. par.*1.

Absenti non acquiritur jus ex obligatione alterius, quandò Notarii stipulatio deficit, *decis.*620. *num.*22. *par.*18.

Absentem defendi à quocunque publicæ utilitatis est, & quem licet verba pro eo facientem audiri, *decis.*24. *num.*3. *in novis.*, *&* *decis.* 35. *num.*2. *de procur.*97. 104.

Contrà absentem citatio legitimè exequi potuit in loco, ubi bona possidet, & habet domum apertam, atque retinet Ministros, & familiam, *decis.* 270. *num.*10. *par.*11.

Absente Parte si proponatur constitutum conjunctum dotalibus Instrumentis, jus non acquiritur eidem, ac si præsens fuisset, sed requiritur subsequens ratificatio, stipulatio licet per Notarium eius nomine intervenerit, *decis.*320. *num.*2. *lib.*3. *par.*3. *divers.*

Si sit facta confessio absente Parte, semiplenè probat, *decis.*196. *num.*11., vel non obest, *decis.* 164. *num.*44. *par.*7.

Tutor absens à loco, ubi sita sunt bona Pupillorum à tutela, de jure removetur, *decis.*83. *num.*4. *par.*13.

Evo-

Evocandus, jus non deffinit à quo loco sit, sed solum respicitur, an commodè venire possit ad præsentationem, *decis.*374. *num.*11. *par.*14.

In contractibus absenti acquiritur jus in stipulatione, *decis.*326. *num.*10. *par.*4. *tom.*2., *Zarat. dec.*54. *num.*14.

Eques Hierosolymitanus pro servitio suæ Religionis absens residentiam consequitur, *decis.*88. *num.*5. *par.*14.

Absens, & impotens nullo modo generare potest, *decis.* 409. *n.* 25. 26. *&* 27. *par.*5. *tom.*1., *Merlin. dec.*488. *n.*25.

In electione expectari debet usque ad consumationem termini, *decis.* 350. *num.*6. *par.*17.

Et ut expectari debeat, parùm refert, an sit infrà, vel extrà Provinciam, ubi commodè vocari potest, *decis.* 5. *n.*7. *par.*18. *tom.*1.

Ut interveniat *electioni*, vocari debet per nuncium, vel per epistolam, vel saltem per edictum, *decis.* 5. *num.* 8. *par.*18. *tom.*1.

Absente parte, si sit facta confessio, non probat intèr Romanos, cum intèr eos servetur jus civile, *decis.*256. *n.*4. *p.*6.

Absens animo revertendi, adhuc habitare dicitur in loco sui domicilii, *decis.*9. *num.*6. *par.*18. *tom.*1., *& quandò dec.*431. *n.*1. *&* 3. *p.*18. *tom.*2.

Lis validè pro absente contestatur, quandò Procurator illius habet mandatum procuræ, *dec.*187. *num.*13. *p.*6.

Frater absens, præsumitur ignorare mortem sui fratris, *decis.*800. *num.*6. *par.* 18. *tom.* 2.

Absentes à Curia solent citari in Curia, & hujusmodi citatio arctat eos, ac si fuissent appræhensi, quandò tamen fuerunt priùs in Partibus legitimè citati, *decis.*104. *num.*27. *par.*6.

Absens *non dicitur*, qui habet Procuratorem, *Comitul. decis.*49. *num.*20.

Absens, *ut expectetur* ad electionem faciendam debet allegari ratio certi reditus, *Ubag. decis.* 70. *num.*7., alias electio est valida, *ibid. num.*8.

Non est expectandus, quandò nescitur, ubi degit, *Ubag. decis.*70. *num.*10.

Absente *Procuratore* à Curia, non potest agi per contradictas, *Ubald. decis.*794. *num.*13., *& decis.*25. *num.*3. *par.*3.

Votum pro absente per Procuratorem datum, admitti potest, si cœteri Votantes non contradicant, *Ubald. decis.*580. *num.*4. *&* 7.

Absenti non præjudicat attestatio tertii, *Ubald. decis.*391. *num.*14.

Declaratio eorum, quæ consistunt in animo prodest absentibus, *Ubald. decis.*133. *num.*7. *par.*3.

Sententia lata in absentem, & contumacem, præsumitur potiùs lata ob contumaciam, quam ob delictum, *Ubald. decis.*585. *num.*13.

Absens *potest* eligi, & multò magis, quandò est notus, *Millin. decis.* 420. *num.* 10. & 11.

Absentes *possunt* constituere Procuratorem ad dandum suffragium in electione, quandò adest justa causa absentiæ; Non possunt tamen dare suffragium, illud per Epistolam transmittendo, *Ansald. decis.*61. *num.*15. *&* 16.

Absentium ratio haberi non debet in Actibus capitularibus, sed illi legitimè perficiuntur à solis præsentibus, *Emerix sen. decis.*104. *num.*10.

Non præjudicatur ex præservatione jurium, *Emerix jun. decis.*1283. *num.*5.
Vide *Præservatio*.

Absens propriè dicitur à Civitate, & non est vocandus, nec expectandus, nisi in causis arduis, *Crescent. decis.*6. *n.*1. *fol.* 38.

A censuris non potest absolvi, nisi constet de mandato, *Mantic. decis.* 197. *num.* 3.
Vide *Absolutio*.

Pro absente Procurator ad hoc, ut validè suffragium ferat, debet jurare se credere, quod impedimentum infirmitatis duraverit usque ad tempus faciendæ præsentationis, *decis.*374. *num.*13. *par.* 14.

In eo aliquandò sufficit expressa, & aliquandò acceptatio, *decis.*524. *num.*10. *&* 11. *par.*14.

Pro eo non sufficit stipulatio Notarii in donatione onerosa, vel mixta, *decis.*130. *num.*5. *par.*15.

Enumerantur requisita, ut *Collegialis absens*

absens possit alteri committere vices suas ad effectum validè eligendi, *Benincas. decis.* 165. *num.* 5.
Vide *Electio*.

Absentes licet sit honestum, & de more citare per audientiam ad singulos actus de novo, non tamen est necessarium, *decis.* 10. *de re judic. num.* 1. *in novis.* 176.

Creditores absentes in confectione Inventarii, non sunt specialiter citandi, *decis.* 195. *num.* 5. *par.* 4. *divers.*

Prælati absentes jura suarum Ecclesiarum defendere non possunt, *decis.* 82. *num.* 16. *par.* 11.

Præsentatio non privat habentes possessionem præsentandi, quibusdam ab aliis descendentibus facta, *decis.* 103. *num.* 17. *par.* 13.

Inter absentes non contrahitur stipulatio, *decis.* 314. *num.* 8. *par.* 16.

Absentes non sunt expectandi, si periculum est in mora, *decis.* 164. *num.* 9. *par.* 17.

Inter absentes, neque dolus, neque fraudes ad esse possunt, *decis.* 242. *n.* 23. *par.* 18. *tom.* 1.

Pro absentibus quilibet Judex potest stipulari, *decis.* 37. *num.* 7. *par.* 7.

Potest absentibus jus acquiri mediante stipulatione Notarii, *decis.* 252. *num.* 9. *par.* 11.

Minoribus à loco judicii deputari debet Curator, & cum Curatore procedi, *decis.* 159. *num.* 12. *&* 15. *par.* 11.

Jure quæsito via revocandi donatori præcluditur, *decis.* 280. *num.* 10. *par.* 13.

Tanquàm juris dispositioni conforme, *non est improbandum pactum, per quod Procuratoribus absentibus* præsentia in Choro concedatur, ad effectum fruendi quotidianis distributionibus, *Benincas. decis.* 378. *num.* 28.
Vide *Præsentia*.

Absenti si fuit facta donatio, ad effectum transmissionis debet ratificari, etiamsi pro ipsa Notarius fuerit stipulatus, *decis.* 217. *num.* 9. *par.* 5. *tom.* 1., *&* *decis.* 308. *num.* 10. *eadem parte*. Et ante ratificationem, etiam ex clausula constituti non transfertur possessio re integra, *ibi num.* 9., benè verùm est, quod si fuerit facta donatio stipulante Notario revocari non potest, *dec.* 270. *num.* 3. *par.* 5. *tom.* 1., nec Donatarius ad aliquid astringitur; nisi priùs secuta ejus ratificatione, *decis.* 274. *num.* 5. *par.* 6.

Non potest *absens ratificare*, & acceptare donationem ei factam post mortem donantis, *decis.* 69. *num.* 13. *par.* 7.

Absens cui fuit facta donatio, si sit persona arctiori sanguinis necessitudine conjuncta, dum per aliquam personam præsentem, quamvis extraneam fuerit acceptata, tunc non requiritur ratificatio absentis, *decis.* 69. *num.* 78. *par.* 7.

Absens reputatur pro præsenti, si causa ejus absentiæ sit servitium, & defensio sui officii, *decis.* 243. *num.* 13. *par.* 6.

Donatarius absens, dum scit donationem sibi factam, ex quo agitur de ejus lucro, censetur acceptasse, *decis.* 69. *num.* 77. *par.* 7.

Ut sua possessione privari possit, legitimè citari debet, *decis.* 314. *num.* 11. *&* 15. *cum seqq. par.* 10.

Beneficiatus absens ex causa morbi, & litis sine licentia Episcopi, privatur, *decis.* 506. *num.* 16. 17. *&* 18. *ac per tot.*, *& vide num.* 14. *&* 15. *par.* 14.

Si inciderit in morbum aliam licentiam habere non debet, *decis.* 117. *num.* 17. *par.* 15.

Propter bellum non tenetur redire, *decis.* 100. *num.* 8. *& per tot. par.* 15.

Si est infirmus propter absentiam privari non potest, *decis.* 117. *num.* 18. *par.* 15.

Clericus si per absentiam privandus sit, & scitur quo loco commoretur, debet personaliter citari, *decis.* 117. *n.* 11. *& per tot. par.* 15.

Absens non dicitur ille, qui occasione negotiorum, vel causa recreationis abest, inde statim reversurus, *dec.* 208. *num.* 8. *par.* 16.

Potest constituere *Procuratorem*, ut impleat actum per ipsum faciendum, *decis.* 39. *num.* 3. *par.* 16., *decis.* 1. *n.* 18. *par.* 4. *tom.* 2.

Ex causa procuræ factæ à Capitulo dicitur esse præsens, & residere, *dec.* 173. *num.* 14. *par.* 17.

Ex

Ex causa Religionis absens, gaudet omnibus privilegiis quibus fruuntur præsentes, cum ipse dicatur interesse, *decis.7. num.1. par.17.*

Aliquis de gremio *ab absente* deputandus est in explicandis negociis Universitatis, *Benincas. decis.165. num.7.*

Absentes non intelliguntur, qui sunt in eadem Provincia, vel Diœcesi, itaùt debeant citari ad faciendam electionem, vel præsentationem, *Mantic. decis.288. num.1.*

Absens tenetur Procuratorem dimittere, qui ad ipsius notitiam omnia deferat, alioquin, nec Procuratore, nec Amico pro eo comparente, facta denunciatione contrà ipsum proceditur ad excommunicationem, *Put. dec.67. num.5. lib.1.*

Absentes, intrà Provinciam tamen morantes ad electionem Canonicorum sunt vocandi nisi consuetudo longo tempore observata aliud induxerit, *decis.12. in princ. lib.2.*

Ignorare præsumitur ea, quæ fiunt in Civitate, seu loco, unde abest, *Panphil. decis.246. num.5., & decis.680. num.14.*

Votare, an, & quandò possit per Procuratorem, *Panphil. decis.657. num.2.*

Absentem ad certiorandum suum Principalem, Procuratori petenti, congruus terminus debet assignari, *Panphil. decis.346. num.8.*

Ultrà Montes assignandus est quatuor mensium, *Panphil. decis.346. num.9.*

Ab assignatione hujus termini datur appellatio, *Panphil. decis.346. num.10.*

Absenti Curator, seu defensor deputari non debet si incerto loco potest reperiri, *Panphil. decis.346. num.7.*

Stipulatio non nocet, nec prodest, *Panphil. decis.71. num.3.*

Limitatur si Notarius stipuletur pro eo, quia tunc illi prodest stipulatio, quæ facit haberi absentem pro præsente, *Panphil. decis.71. num.4. & 11., & decis.625. num.8. & 9.*

Idem dic de stipulatione jurata, quæ pariter prodest absenti, *Panphil. dec.71. num.4.*

Comparitio tertii, ad excusationem absentis, non concludit scientiam absentis, si non constet de mandato, *Seraphin. decis.1346. num.4.*

Absenti fit solutio mediante mandato, *Seraphin. decis.548. num.4.*

Absens ab Urbe, si nescitur quo in loco ad habitandum se contulit, validè citatur in domo ultimæ suæ habitationis, *decis.330. num.5. par.19.*

Pro absentibus quilibet Judex potest capitulari, *decis.37. num.7. par.6.*

Capitularis, & Canonicus pro facienda legitima electione expectandus est per modicum tempus, *decis.338. num.1. & per tot. par.19.*

Non potest stante magna distantia deputare Procuratorem ad eligendum, *decis.141. num.10. & 11. par.19.*

Absens non potest jurare nomine alterius, sine claro, & expresso mandato, *decis.21. num.23. par.19.*

Absentis Cardinalis Agentes, si institerint pro examinatione Affictuarii Cardinalis, jam ad professionem parati, causa captandi aeris salubrioris ratione valitudinis curandæ, & jurisdictio dicatur ad tale examen non extendi, hoc non obstante ad examen procedi potest, *decis.222. num.1. lib.3. par.3, divers.*

Confessio extrajudicialis ad favorem absentis, pro quo nemo fuit stipulatus, non probat, & quandò secus, *dec.63. num.6. & 8. par.11.*

Absenti *Reo* jus novum superveniens Actori, debet intimari, *decis.13. de dolo, & contum. n.1. in novis.143.*

Dilatio ei non currit, nisi à die intimationis, maximè si est præfixa cum intimatione, *Buratt. decis.267. num.1.*

Absenti sine ratificatione non acquiritur jus, neque possessio, etiam stipulatione pro eo interveniente, *Cavaler. decis.13. num.5., Cerr. decis.34. num.3. amplia num.4., & dec.739. la 1. n.10.*

Incurrit horribilitatem absens à Capitulo, *Coccin. decis.1408. num.2.*

Licentia abessendi concessa per trienniũ, ea incipit currere non à die concessionis licentiæ, sed ab ipsius absentiæ tempore, *Coccin. decis.1408. num.5.*

Et à die concessionis, quandò fuit dictum à die

à die *datæ præsentium*, à die verò absentiæ, quando fuit tempus datum simpliciter, *Coccin. decis.*1408.*num.*7.

Si fit facta donatio, & constet de juramento, donans potest cogi ad observationem erga absentem, quia redditur irrevocabilis quoad ipsum donantem, *dec.*27.*n.*10.*&* 11.*par.*7.

Donatio facta absenti tacitè sustinetur, etiam nemine acceptante, *decis.* 69. *num.*79.*par.*7.

Ut acquiratur dominium rei donatæ vigore stipulationis factæ ejus nomine à Notario requiritur illius acceptatio, *decis.*444.*num.*15.*par.*9.*tom.*2.

Donatio facta ante acceptationem est revocatoria, quandò est onerosa, secus verò quando fuit lucrosa, *decis.* 446. *num.*2.*par.*13., *Dunozett.jun.dec.*773. *num.*8. *Limita* si in ea sit appositum juramentum, vel sit facta Ecclesiæ, *ibid. num.*9.

Et non consentienti conventio non potest præjudicare, *dec.*457. *num.*3.*par.*14.

Donatio facta absenti, antè acceptationem non dicitur perfecta, quod non procedit, quando in donatione adest stipulatio Notarii pro absente, *dec.*145. *num.*7. *&* 8. *par.*14.

Non probat hoc esse, quod ad hoc contingit abesse, *Coccin. dec.*1261.*n.*21.

Absentis Equitis favore pensio reservari non potest, *Dunozett. jun. decis.*571. *num.*12.

Creditorum loco, ut quis subintret, non sufficit simplex accollatio, etiamsi postea ab Accollatario fuerint recepti fructus, cùm adhùc non dicatur facta novatio, *Dunoz. jun. dec.*845. *n.*6.

Optare absens non potest, & præsentia est necessaria ex dispositione statuti Ecclesiæ Urgellensis, *Manzaned. decis.*773.*n.*20.

Nequit ejus jure, & possessione privari, non servata forma *Clem. causa de elect. Ottobon. dec.*41. *num.*6.

Absenti *citato* ad comparendum est assignandus terminus competens, præsertim quandò est absens causa Reipublicæ, *Ottobon. dec.*41. *n.*7.*&* 8.

Absenti *ultrà* 40. *milliaria* terminus trium dierum assignatus ad comparendum; est incompetens, *Ottobon. decis.*41. *num.*7.

Absens ad *præsentandum*, si non fuit vocatus, & de contemptu dare potest intrà quadrimestre, vel semestre ad præsentandum concessum, aliàs eo elapso non auditur, *Peutinger. dec.*226.*n.*6.

Absens probare *tenetur* se fuisse in loco, unde vocari debuit, aliàs post scrutinium opponere nequit de contemptu, *Peutinger. dec.*266.*num.*12.

De absente si fit facta præsentatio, & non exhibita Ordinario nulla est, *Peutinger. decis.*251. *num.*15.

Sufficit tamen ad sustinendam præsentationem, quod Ordinarius illam admiserit, vel non rejecerit, *Peutinger. decis.*251.*num.*16.

Absenti, *vel ignoranti*, ac nemine pro eis recipiente non dicitur res legitimè tradita, ut dominium acquiratur, *Pen. decis.*6.*num.*8.

Absenti facta *præsentatio* intrà tempus datum Patronis ad præsentandum, ut valeat ratificanda est, *Penn. decis.*627. *num.*3.

Potest fieri per *literas*, *Pen. decis.*627. *num.*4.

Absenti *non nocet* protestatio contrà eum facta, *Pen. decis.*913. *num.*9.

Absens *ab Urbe* de tempore porrectæ supplicationis, nec habuisse notitiam, nec illius vigore possessionem accepisse præsumitur, *Carill. pag.*58. *n.*15.

Contra absentes factus *processus*, & illius Procuratore non citato, sustineri non potest, *Rembold. dec.*439. *num.*5.

Propter absentiam *caducitas* excusatur, *Rembold. dec.*523. *num.*5.

Absente *parte* regularitèr fieri solet *recognitio Apocæ*, *Rembold. dec.*619. *n.*2.

Absente parte, & sine interrogatoriis extorta recognitio Apocæ attendi non debet, *Rembold. dec.*616. *num.*9.

2 Absens quoad acquisitionem.

Clericus absens à servitio Ecclesiæ ex justa causa, & pro defensione jurium ipsius Ecclesiæ facit suos fructus beneficii, & eidem debentur distributiones, quod secus dicendum est, si est ab-

absens propter litem, quæ potest per Procuratorem tractari, *decis.467. n.1. & 2.par.1., decis.510.num.10.par.14.*, & in casum non legitimæ causæ distributiones accrescunt aliis de Capitulo interessentibus, & Beneficiatis, *decis.107.num.1, par.2., decis.1.num.3., dec.262. num.3. par.4. tom.2. dec.261. num.2. par.18. tom.1., Bich. decis.42. num.5., Coccin. dec.1408. n.3., Rembold. decis.571. num. 7. & 8., Emerix jun. decis. 1255. num.4., Seraphin. decis.1131. num.6. & decis.662. n.2. & 3. & decis.426. num.5.*

Et ad hoc ut Clericus lucretur fructus, & distributiones duo copulative requiruntur, videlicet justa causa absentiæ, & licentia Ordinarii, *decis.401. num. 2. & decis. 608. num. 1. 3. & 4. par. 1. rec.*, nec ad effectum prædictum licentia, R.P.D. Vicesgerentis est sufficiens, illa namque operatur solummodò ne incidat in pœnas in edictis promulgatas contrà non residentes, *decis.12. num.5. par. 1., decis.689.n.1. par.3., decis.243. num.13. par.6., Buratt. decis.694. num.4. & 12.*

Limita, quod ipsi debeantur fructus, & non Capitulo, quandò Capitulum est in culpa, & præstitit impedimentum, & causam non residentiæ, *Rot.det.401. num.3. p.1 rec.*, quod procedit etiam propter litem, quam habet cum Capitulo, sibi ab eodem Capitulo indebitè motam, *Rot.decis.608.num.2. p.1. rec.*, & in supradictis casibus habetur pro præsenti, *Rot. decis.107. num.2. par. 2. recent., decis. 689. num. 2. 3. & 4. par.3.*

Absenti æquiparatur infans in materia legitimationis, *Rot. decis.65. n.1. p.2.*, & ad hoc ut absens, & infans legimari possit, requiritur specialis mentio in facultate legitimandi, *ibid. num.1.*, & in hoc casu, nec ratificatio legitimati aliquid operatur, *ibid. n.2. & 3.*

Absens ex justa causa, non punctatur, sed lucratur distributiones quotidianas, *dec.510. num.10. par.14.*

Absens ex causa studii pro præsenti habetur, & lucratur distributiones quotidianas, sed contrarium est verius, cum non sufficiat ad hunc effectum absque interessentia, *Rub. in annotat, ad decis.576. num.146. par.4. tom.3.*, & super hoc refertur declaratio sacræ Congregationis Concilii, *ibid. num. 147. decis.157. num.57. par.5. tom. 1.*

Absentibus distributiones non conceduntur, quoties cessat impedimentum perceptionis illarum, *dec.390. num.4. par. 14.*

Absens causa Reipublicæ habetur pro residente, *Bich. decis.257. num. 22.*, & dicitur missus à Principe pro publicis negotiis, *Ottobon. dec.41. n.9.*

Absentis ratificatio in præjudicium promissoris retrotrahitur ad diem contractus, ac si ab initio emanasset, *Bich. dec.33. num.10. 11. & seqq.*

Absenti absque stipulatione ejus nomine nulla quæritur actio, *Bich. decis.177. num.16., Coccin. decis. 1829. num.10. & 14., Cels. dec.21. n.2. & 3.*

Absens alimenta consequitur tanquàm præsens, dum abest pro servitio Domini, vel testatoris, aut de illius licentia, & voluntate, *Buratt. decis.237. num.10., & dec.297. num.4., & decis.236. num. 10.*

Absens eligi potest si pro Ecclesiæ utilitate expedire videtur, *Buratt. dec.771. num.9.*

Absentibus debentur fructus præbendæ, secùs fructus de Massa, *Dunozet. jun. decis.336. num.2. & 4.*

Absens ex causa alicujus officii exercendi, ne officium suum sit sibi damnosum haberi debet pro præsente, *Ludovis. decis.154. num.3:*

Absentiarum *grossa, & distributiones* debentur residentibus, & culpa sua non impeditis, *Pen. decis.556. n.2.*

Absenti noto Episcopo, potest fieri præsentatio ad beneficium, & est actus extrajudicialis, *Pen. dec. 1118. n.6.*

Absens non potest *lucrari* fructus, & distributiones sui beneficii, nisi adsit utilitas Ecclesiæ, *Pen. decis. 1308. num.3. & 4.*

Absentis *acceptatio* requiritur, ut ei acquiratur res donata in absentia, *Pen. decis.1326. num.3.*

Absens *à Choro* sine causa legitima, non po-

potest lucrari fructus, & distributiones suæ præbendæ, *Pen. decis.* 1365. *num.* 1. *&* 3.

Per *Procuratorem* habentem generale mandatum ad acceptanda quęlibet beneficia, potest petere titulum, & collationem, *Pen. dec.* 1578. *n.* 2. *&* 3.

Absenti non potest fieri collatio beneficii requirentis examen, si istud non præcedat, *Pen. decis.* 1578. *num.* 11. *& seqq.*

Absens *ex indulto* dicitur præsens ad effectum lucrandi fructus, qui distribuuntur certis diebus anni, *Rembold. decis.* 587. *num.* 2. secùs ad effectum lucrandi distributiones, quæ quotidiè distribuuntur intèr præsentes, *ibid. num.* 3.

Statutum, quod non licèt Canonico petere indultum pro lucrandis fructibus in absentia, intelligitur de indultis ex mera gratia, *Rembold. dec.* 571. *n.* 5.

In absentia *Canonicus effectus Vicarius*, justè consequitur fructus, *Rembold. decis.* 571. *num.* 8.

Absentia.

Absentia *per parvum tempus* non est considerabilis in probatione immemorabilis, *decis.* 432. *num.* 3. *par.* 3., *Manzaned. decis.* 838. *num.* 6.

Repletur à divina Dei præsentia, *dec.* 13. *de dolo, & contum. n.* 2. *in noviss.* 143.

Adversarii sufficit, ut probetur actum in absentia factum, *decis.* 871. *num.* 1. *lib.* 3. *par.* 3. *diversor.*

Ex causa militiæ, si non est pro suo Principe, sed pro alieno, cum sit voluntaria non præstat excusationem ad obtinendam restitutionem in integrum, *Rub. in annot. dec.* 6. *n.* 32. *p.* 3.

A curia ponatur in dubium impetrantis beneficium ex eo facilè dissolvi potest, quod gratis facta fuerit expeditio, quæ in dubio præsentiam arguere potest, cum pro absentibus n unquam detur gratis pro familiari, *decis.* 213. *num.* 2. *lib.* 3. *par.* 3. *divers.*

Absentia *ex justa causa* excusat à mora, & caducitate, *dec.* 719. *num.* 7. *par.* 4. *tom.* 3., & à residentia, & interessentia divinis officiis, *Pamphil. dec.* 726. *num.* 1. *&* 3.

Biennii, vel triennii interpolata, cum aliquando comparuerit absens in curia ex depositione testium probata, non præsumi facit animum non revertendi, & sic non adimit pristinam familiaritatem, *decis.* 213. *num.* 4. *lib.* 3. *par.* 3. *diversor.*

Canonici absentia, quod non possit suppleri per alium respectu personalis residentiæ in Choro, si adsit ista consuetudo attendenda est, *dec.* 308. *n.* 21. *par.* 6.

Intèr absentiam *Procuratoris*, & ejus obitum est differentia, ut id intimetur principali, *dec.* 320. *n.* 7. *p.* 4. *tom.* 2.

Absentia *contrahentis* probatur ex subscriptione facta a tertio ejus nomine, *dec.* 3. *num.* 21. *par.* 8.

Temporalis *officialis* indefinitè deputati, non operatur, ut possit removeri ab officio, nisi præcedat requisitio, vel interpellatio ad reditum, *decis.* 339. *n.* 16. *par.* 9. *tom.* 2.

Absentiæ *alicujus* ignorantia ab eo allegari non potest, qui admisit ejus Procuratorem ad aliquem actum, eo quia ille erat absens, *decis.* 434. *num.* 10. *par.* 4. *tom.* 2.

Absentia *successorum Ecclesiæ*, excomputari debet in præscriptione bonorum illius, *dec.* 82. *n.* 15. *p.* 11.

Ad effectum ut aliquis privetur aliquo jure, est concludentèr probanda, *decis.* 308. *num.* 6. *&* 7. *p.* 12.

Absentia, & impotentia ad effectum tollendi præsumptionem *l. miles §. defuncto ff. ad l. Juliam de adult.* sunt probandæ de tempore conceptionis, *decis.* 8. *num.* 35. *p.* 12.

Absentia, & negligentia *tutoris* in administrandis bonis pupilli justam causam eumdem removendi eliciunt, *decis.* 108. *n.* 11. *par.* 13.

Absentiæ licentia obtenta ab Episcopo per Canonicum sine justa causa est invalida, *Rot. decis.* 1. *num.* 14. *& seqq. par.* 4. *tom.* 2.

Necessaria absentia ob judiciales controversias adversus Tutorem motas, facit ut nō dicatur in mora, *dec.* 83 *n.* 6. *p.* 13.

Tu-

Patricis non est culpabilis, dùm moratur penès filios in loco, ubi florent Gymnasia, seù Ludimagistri, qui ipsis invigilant, ut virtutibus repleantur, quorum acquisitio alibi est difficilior, *decis.83. num.6. par.13.*

Absentia, vel alia similis impossibilitas *accessus ad uxorem* facit cessare præsumptionem, quod filius sit mariti, *decis.363. num.5. par.5. tom.1.*

Non excludit quasi possessionem jurispatronatus contrà familiam, quæ nunquam præsentasse probatur, *decis.477. num.9. par.14.*

Absentia *Canonici* suppleri potest per alium respectu personalis residentiæ in Choro, si adsit ista consuetudo, quæ attendenda est, *decis.308. num.21. p.6. Verospio.*

Procuratoris ad hoc ut contrà ipsum possit procedi per contradictas, debet in actis per duos testes probari, *decis.55. num.17. 18. & 19. par.14.*

Absentia *ex causa Reipublicæ*, dicitur impedimentum legitimum, *decis.131. num.23. par.19.*

Licentia obtenta per Canonicum ab Episcopo sine justa causa dicitur invalida, *dec.1. num.14. par.4. tom.2.*

Absentia *contrahentis* non probatur ex subscriptione facta à tertio ejus nomine, *decis.38. num.21. par.8.*

Citati probari debet concludentèr de tempore executæ citationis, *dec.341. num. 1. par. 17.*, *& decis. 55. num. 2. par.18. tom.1.*

Unius de Capitulo brevi tempore reversuri, est causa legitima, ne tempus electionis abbrevietur, & restringatur, *decis.350. num.5. par.17.*, *& decis.5. num.6. par.18. tom.1.*

Canonici non fuit causa belli; si ipse alibi obtinuit beneficium cum residentia, ibique resedit, *dec.261. num.12. p.18. tom.1.*

Absentiæ licentia, ut Canonico absenti ab Ecclesia suffragetur debet peti ab Ordinario, & non à Capitulo, *dec.689. num.5. par.3.*, *dec.117. num.2. & 19. par.15.*

Non dicitur *absentia legitima*, nisi sit diuturna, vel continua, & animo non redeundi, *dec.208. num.8. & 9. p.16.*

Partis se non defendentis, reddit Judicem magis solertem, ut causam subtilius cognoscat, *dec.288. n.1. p.16.*

Absentiæ *licentia* ab ipsius tempore ab essendi concessa per triennium, incipit currere à die concessionis, quando tamen fuit dictum à die datæ præsentium, *dec.434. n.5. & 6. p.4. tom.2.*

Absentiæ *alicujus* ignorantia ab eo allegari non potest, qui admisit ejus Procuratorem ad aliquem actum, eo quia ille erat absens, *dec.434. num. 10. par.4. tom.2.*

Ad effectum consequendi *distributiones* solitas, belli solus timor præbet, *decis.390. num.3. par.14.*

Absentiæ *justa causa* non officit, si vigeat propositum revertendi, *dec.37. num.9. par.15.*

Causa studendi, reputatur justa causa absentiæ, ac etiam officiorum, *decis.37. num.10. par.15.*, *Pamphil. decis.671. num.10.*

Si causa absentiæ Pater renunciavit administrationem bonorum filii, si illa secuta non sit non ideò renunciatio subsistit, *dec.126. num.15. par.16.*

Canonicorum quænam fuerit legitima causa absentiæ, judicio Episcopi remittitur, *dec.336. num.4 par.17.*

Justam causam absentiæ præbet bellum, *dec.261. num.1. & per totam*, sed contrà, *ibid. num.5.*, postquam fuit concessa securitas, & salvaguardia *par.18. tom.1.*

Inter absentiam Procuratoris, & ejus obitum est differentia, ad effectum, ut id intimetur principali, *decis.320. n.7. par.4. tom.2.*

Absentia voluntaria non tribuit justam causam obtinendi restitutionem in integrum, *Bich. decis.30. num.25.*

Mariti ab uxore detenta ab adultero sub arcta custodia, & ad quem cuicumque prohibitus erat accessus, non probatur per testes viles, & non benè informatos, *Bich. decis.633. num.5.*

Absentiæ *causa justa* in filio, non præsumitur, cum teneatur cohabitare cum Patre, & ideò est probanda, *Baratt. annot. ad decis. 584. num.24.*, & quæ sit

sit Judicis arbitrio remittitur, *Buratt. annot. ad decis.*584. *num.*20. *in fine*, & de aliis causis justæ absentiæ remissivè *ibidem*.

Absentia continua requiritur, ut quis privetur beneficio, *Cerr. dec.*658. *num.*2.

Ignorantia absentiæ alicujus ab eo allegari non potest, qui admisit ejus Procuratorem ad aliquem actum, eo quia ille erat absens, *Coccin. dec.*1408.*n.*2.

Absentia à loco, *ut probetur*, Testes debent formiter examinari, *Comitul. decis.*62. *num.*23.

Absentia *præbendati* requirit justam causam, & licentiam copulativè, *Manzaned. decis.*401. *n.*1.*&* *num.*3.

Limita, ut sufficiat justa causa secundùm *Rebuff.* & alios, *Manzaned. decis.*401. *num.*2. *&* 5.

Absentia non adimit facultatem petendi debitum per literas, cum istæ non erubescant, *Rox. pag.*424. *num.*9.

Absentia *Episcopi* privat illum alternativa, sed non præjudicat Papæ, *Millin. decis.*53. *num.*2.

Licentia absentiæ ab Ecclesia est necessario obtinenda ab Episcopo, *Millin. decis.*402. *num.*6.

Absentiæ *justa causa* est lis pro defensione jurium suæ dignitatis, *Ubald. decis.*202. *num.*3., seù jurium Ecclesiæ, *Pamphil. decis.*726. *num.*3., *Benincas. decis.*299. *num.*1. 5. *&* *seqq.*

Sed *ad effectum lucrandi* fructus, & distributiones non præstat lis, quæ tractari potest per Procuratorem, *Ubald decis.*288. *num.*2., *amplia*, *ut num.*5 *&* 6.

Nec ubi non agitur de lite gravi, *Benincas. decis.*261. *num.*7. *fallit*, ubi lis est cum Capitulo pro restitutione fructuum, *ibid. num.*8., *&* *dec.*299.*n.*5.

Licentia *Ordinarii*, si deficit, non sufficit justa causa absentię, *Ubald.dec.*202. *num.*3.

Vide *Licentia*.

Bona fides, semper excusat absentiam, *Benincas. decis.*299. *num.*6.

Protestatio *de Canonici absentia*, tunc est attendenda, quandò notum est Canonicum proximum esse, & mox rediturum, *dec.*439. *num.*10. *par.*19. *tom.*2.

Absentia *quinquennali*, quis desinit esse familiaris, *Crescent. decis.* 18. *num.* 2. *fol.*99.

Absentia *probatur* ex eo, quod quis est Episcopus, qui de jure communi tenetur in sua Ecclesia residere, *Seraphin. decis.*371. *num.*5.

Quando agitur de absentia præsumenda, onus probandi incumbit illam alleganti, *Seraphin. dec.* 932. *num.*11.

Causata propter timorem Judicis, non potest haberi pro contemptu, *Seraphin. decis.*972. *num.* 18.

Propter absentiam coactam ad litem prosequendam, quis non privatur fructibus beneficii, *Seraphin. dec.*1131.*n.*7.

Absolvere;

Absolvere, ejus est, cujus est condemnare, *Duran. decis.*291. *num.*24.

Absolvendi *Moniales* facultas Fratribus data in forma, de qua ibi, intelligitur in utroque foro, *dec.*9.*de privileg.*266.

Absolvendi *facultas* simpliciter concessa, non videtur limitanda, *Comitul.dec.*15. *num.*15.

Et intelligitur juxta usum, & formam similium concessionum, *ibid. num.*16.

Absolvere, qui potest in uno foro, non potest in alio, *Comitul. dec.*5. *n.*23.

Jubilæi occasione obtenta absolutio, an suffragetur in foro exteriori dubium est, *Comitul. dec.*15. *n.*12. *&* *seqq.*

Confessoris attestationi de absolutione tradita statur, *Comitul. decis.*15. *n.*20. *sed data* auctoritate absolvendi in utroque foro, *ibid. num.*21. *&* *seqq.*

Absolutio.

Absolutio *censurarum* dari debet excommunicato propter non paritionem litterarum Apostolicarum, si posteà illis paruerit; *decis.*247. *n.*1., *&* *dec.*629. *num.*3. *in fin. par.*3., *Buratt. dec.*146. *num.*1.

Absolutio *ab excommunicatione*, quoad forum conscientiæ tantùm operat, ut absolutus divina Sacramenta percipere possit, *decis.* 659. *num.* 2. *par.* 4. *tom.*1.

Peti

Peti non potest, nisi per habentem speciale mandatum, *decis.* 36. *in fin. de procurat. in novis.*106.

Absolutionem petens ab *excommunicatione* non fatetur se excommunicatum, quia absolutio peti potest ad cautelam, *decis.*534. *num.*9. *par.*1.

Absolutio nulla est ex defectu jurisdictionis, *Duran.decis.*102.*num.*3.

Absolutio *à juramento* datur ad effectum agendi, & rescindendi contractum, quandò adest læsio enormis, *dec.*461. *num.*3. *par.*1., & habilitat absolutum ad comparendum in judicio sine metu perjurii, non autem tollit vires, & robur juramenti, *dec.*580.*num.*7. *par.*1., *dec.*102. *n.*9. *par.*1.*diversor.*, *dec.*800. *num.*3. & 6. *lib.*3.*par.*3.*diversor.*, *decis.* 450. *n.*30.*par.*9. *tom.*2., *dec.*146. *num.*11. & 12. *par.*8., *decis.*281. *n.*2. *par.*3.

Absolutio *non impertitur*, nisi contrito, & petenti, & propterea Prior non potest petere absolutionem pro Monachis, & subditis suis absentibus, *decis.*13. *num.*1. *de sent. excom. in antiq.* 469., *Zarat. decis.*43. *num.*2.

Absolutio *à juramento* post incursum perjurium absoluto non suffragatur, *decis.* 701. *num.*2. *par.*1., *decis.*5. *n.*2. *par.*2., *decis.*46. *num.*2. *par.*4. *tom.*1., *decis.*180. *num.*28. *par.*9. *tom.*1.

Ad cautelam est valde extraordinaria, & multum præjudicialis cum in ea impedienda non recipiatur juramentum, nec cautio, nec satisdatio, *dec.*36. *in fin. de Procurat. in novis.*106.

Peti non potest *ad cautelam* per Canonicum, etiam non excommunicatum, & dicitur magis præjudicialis, quam alia in addit., *decis.*36. *de procur. n.*2. *in novis.*106.

Vel relaxatio *ad cautelam* fit in dubio propter periculum læsionis justitiæ, *decis.* 9. *num.*2. *de senten. excom. in novis.*275., & *decis.*568. *num.*10. *tom.*3. *par.*4. *tom.*1.

Absolutio *ab excommunicato* integram excommunicationis probationem requirit, & non solam denunciationis ostentatione impetratur, *decis.*8. *n.*2. *de senten. excom. in novis.*274.

Simpliciter, *vel ad cautelam*, si petatur ab eo, qui dicit excommunicationem injustè latam; si non probetur manifesta offensa, data fidejussione impertiri debet, *decis.*2. *de senten. excommun. in novis.*272.

Ad cautelam non impertitur, nisi ubi sententia continet intollerabilem errorem in ea expressum, vel ubi est lata sententia excommunicationis post appellationem legitimam ex causa legitima interpositam, & de hoc facta fuerit fides *caus.*16. *dub.*36.*num.*1. *Fastol.*541., & sine causæ recognitione, *Buratt. decis.*146. *num.*1.

Absolutio *ab instantia judicii* impertitur reo, mortuo Actore *caus.*18. *dub.*38. *num.*1. *Fastol.*541.

Impertitur *ab instantia judicii* tribus citationibus præmissis, *decis.*3. *de dolo, & contum. num.*1. *in novis.*140.

Ab impetitione non conceditur ob solam contumaciam Actoris, sed requiritur, quod reiteratè citetur ad videndum absolvi reum ab impetitione, *decis.*7. *num.*2. *de verb. signif. in antiq.*473.

Partium *ab expensis* facit præsumi sententiam latam de concordia partium, *decis.*195.*num.*3.*par.*1. *diversor.*

Dari non potest à Sacerdote sub conditione de futuro, *dec.*426. *num.* 8.*par.*1. *diversor.*

A juramento non requiritur in hæredibus jurantis, *decis.*102. *num.*19.*par.*2. *diversor.*

Absolutio *facta in partibus*, non plenè ipso facto narrato ex commissione Pontificis, non est valida habenda, *decis.*207. *num.*1. *lib.*2.*par.*3. *divers.*

Ab excommunicatione, in quaquis steterit per triennium, non suffragatur ad effectum casuum regulæ, *dec.*850.*num.*1. *lib.*3. *par.*3. *diversor.*

A suspensione, non comprehendit inhabilitatem, *decis.*1114. *n.*1. *lib.*3.*par.*3. *diversor.*

Facta *parti adversæ* per subreptitias litteras, utpotè in quibus narrata non fuere narranda, non citato cujus intererat, est supervacua, *decis.*226.*n.*4. *lib.*3.*par.*3. *diversor.*

Facta *per modum impositionis* in foro poeni-

nitentiali, prodest illi, qui fuerat censuris innodatus, *dec.573. num.3. lib.3. par.3. diversor.*

A juramento Patronis, à Vicario concedi non potest parte adversa non citata, *decis. 547. num. 2. & 7. lib. 3. par. 3. diversor.*

A juramento non impedit executionem obligationis cameralis, *decis.787. n.1. lib.3. par.3. diversor.*

A juramento non suffragatur illi, qui post lapsum termini illam impetravit, *decis.786. num.1. lib.3. par.3. diversor.*

In foro pœnitentiali facta res dicitur esse, quæ difficillimè probari potest, *decis.573. num.4. lib.3. par.3. diversor.*

A Pœnitentiario facta, quæ apparet extensa in scriptis, non est de iis, quæ sunt difficilis probationis, *decis.620. num.4. lib.3. par.3. diversor.*

Absolutio à *juramento* obtenta ab eo, qui absolutionem non petere juraverat, & obtenta, non uti; non suffragatur, nisi hæc exprimantur, *decis.5. n.2. par.2.*

Ab excommunicatione ad cautelam, non potest concedi absque speciali commissione, *decis.546. num.4. par.2.*

A juramento apposito in contractu, suffragatur ad effectum agendi, sed non tollit vim, quæ accessit contractui, *decis.338. num. 5. par.3.*, *Buratt. decis.44. num.7.*, *Coccin. decis.1450. n.4.*

Petenda est *à juramento* etiam à statuto præsumpto per dolum, & metum extorto, *decis.46. n.1. par.4. tom.1.*

Ab uno juramento non suffragatur, quandò in contractu adsunt pluria, *dec.46. num.2. par.4. tom.1.*

Ab excommunicatione, & perjuro incursо propter alienationem rei Ecclesiasticæ, ut absoluto suffragetur multa continere debet, *decis. 47. n.1. par.4. tom.1.*

Absolutio *ab excommunicatione* propter alienatas res Ecclesiasticas conditionalis, non purificata conditione suffragatur, *decis.47. num.2. par.4. tom.1.*

Libera importat plenariam restitutionem, *dec.714. n.17. tom.3. par.4. tom.1.*

Reo solum, & Possessori dari solet, *decis.643. num.2. par.4. tom.3.*

A juramento non est necessaria, quandò contractus est ipso jure nullus, & injustus, *decis.702. num.17. tom.3. par.4.*

Absolutio *ad cautelam* est species absolutionis, *dec.568. num.43. tom.3. par.4. tom. 1.*

Non jure tribuitur, sed sub conditione condonatur, *decis.568. num.46. tom.3. par.4. tom.1.*

Ut detur *ad cautelam* ex defectu jurisdictionis ea nullitas in Universum est aliquo modo probanda, *dec.568. n.3. tom.3. par.4. tom.1.*, *Cerr. decis.150. num. 15.*

Et sine speciali commissione concedi non potest, *Buratt. decis.51. num.6.*, & *decis.88. num.4.*

Ab excommunicatione, lata in Curia, quandò conceditur, tunc cautius, & secundum merum jus proceditur, nisi sit lata extra Curiam, *decis.568. n.31. tom.3. par.4. tom.1.*

Lata extra Curiam *ab excommunicatione*, ut concedatur, non proceditur mero jure, *decis. 568. num. 41. tom. 3. par.4. tom.1.*

Ab excommunicatione, quando est danda requiritur citatio Partis, cujus interest, *decis.568. num. 24. tom. 3. par. 4. tom. 1.*

Ut detur, de ea debet apparere, etiamsi ea petatur simpliciter, quidquid antiquioribus temporibus fuerit servatum, *decis.568. num.27. tom.3. par.4. tom.1.*

Ab excommunicatione ad cautelam, est de connexis negocio principali, *decis.568. num.69. tom.3. par.4.*

Quando datur cum reincidentia, tunc tot cautiones non requiruntur, & propter incidentiam, non est opus alia cautione, *decis.568. n.37. tom.3. par.4.*

Ab excommunicatione, quandò conceditur, non refert quibus verbis sit facta, an per verbum relaxationis, vel absolutionis, *dec.568. num.10. tom.3. par.4. tom. 1.*

Non datur, quandò agitur de præjudicio tertii sine speciali facultate, *decis.568. num.4. tom.3. par.4. tom.1.*

In foro conscientiæ non datur, nisi satisfacta Parte, *decis.568. num.45. tom.3. par.4. tom.1.*, *Zarat. decis.43. num.14.*

A juramento est petenda a minore inter-

terminis, *Stat Urb.cap.*151.*lib.*1., ad effectum agendi, *dec.*1.*num.*29.*par.*5. *tom.* 1.

A juramento contento in Instrumento obligatione Camerali vallato, comprehendit etiam juramentum de non petendo absolutionem in illa inclusum, *decis.*294. *num.*24. *par.*6.

Conceditur *excommunicato*, adimpletis conditionibus contentis in Breve ab ipso obtento, *decis.*2. *num.*12. *par.*8., *decis.*16. *num.*14. *par.* 10.

Absolutio concessa cum clausula *refectis expensis*, impediri non potest illarum praetextu si de expensis non constat, *decis.*218. *num.*17. *par.*8., & *decis.*84. *num.*6., *amplia ut num.*7. *par.* 16.

A censuris conceditur, stante paritione, & obedientia purgando contumaciam *decis.*49.*num.*1.*par.*8., *Duran.dec.*403. *num.*1. & 2.

A juramento non tollit vinculum obligationis contractus, *decis.*1. *n.*28. *par.*8. *decis.* 180. *num.*27. *par.*9. *tom.* 1., & quandò perjurium etiam commissum, *ibid. num.*28.

Peti potest per Procuratorem cum speciali mandato deputatum, & hoc sufficit, ut absolutio concedatur, *dec.*49. *num.*2. & 3. *par.*8., *Zarat. decis.* 43. *num.* 3.

A juramento non est necessaria, ubi agitur de obligatione in Carceribus facta, *decis.*208. *num.*18. *par.*9. *tom.*1.

A juramento obtenta post sententiam suffragatur, ubi antea de ea non fuit oppositum, *decis.*208. *num.*21. *par.*9. *tom.* 1.

A juramento, ubi plura sunt juramenta sufficit, quod verbis generalibus fuerit concepta. *decis.*208.*num.*20.*par.*9. *tom.* 1.

A juramento ad effectum agendi, & docendi de enormissima laesione nihil suffragatur, non docto de dicta laesione, *Coccin.decis.*1338.*num.*18., & *decis.*268. *num.*3. & 4.

Et laesio enormissima debet allegari ad effectum obtinendi absolutionem à juramento, *Coccin. decis.*582. *n.*4. & 5., ubi, quod hujusmodi causa est sufficiens.

Papa non vult concedere gratiosè absolutionem à juramento, dum eam committit Judici, *Coccin.dec.*582. *n.*6.

Qui cognito summariè, an adsit causa absolvendi ad effectum agendi, si adsit absolvit an sit rescindendus contractus *Coccin. decis.*582. *num.*7.

Petens absolutionem non videtur necessario fateri se incurrisse in excommunicatione, cum potuerit peti ad cauthelam *Coccin. decis.*2206. *num.*15.

Tot requiruntur absolutiones à juramento, quot sunt promissiones, *Coccin. decis.*582. *num.*1.

Vinculum supponit, *Coccin. decis.* 267. *num.* 11.

Adjecta in certa gratia, solum conceditur illi, in cujus favorem gratia emanavit, *Dunoz. jun. decis.*966. *num.* 1.

A delicto cum reintegratione ad pristinum statum reportata importat retroactionem ad tempus gratiae, perindè ac si in delictum non incidisset, *Dunoz.jun. decis.*931. *num.*10.

Ab irregularitate non denegatur, quandò constat de adimplemento omnium contentorum in Brevi, *Dunoz.jun.decis.*904. *num.*1.

Absolutioni est locus, cessante contumacia illius, qui parere tenetur, *Dunoz. jun. decis.*617. *num.*1.

Papa praesumitur demandasse juxta juris communis dispositionem, *Dunoz.jun. decis.*580. *num.*6.

Reponit excommunicatum in pristinum statum, *Cels. decis.*274. *num.*7.

Absolutio *ab excommunicatione*, licet nulliter impensa sustinetur, nec debet dari reintrusio sine causae cognitione; *Pen. decis.*224. *num.*1. *limita num.*2.

A censuris latis *in Curia*, non datur nisi causa cognita, *Pen. decis.*224. *num.*8.

Cum reincidentia danda est dum discutitur justitia, vel injustitia negotii, *Pen. decis.*240.*num.*8., *Rox.pag.*313.*num.*1. 2. & 3., *Mantic.decis.*237. *num.*6.

Juramenti ad effectum agendi requirit Partis citationem, *Pen.decis.*133.*n.*3. & 4.

Absolutionem potest obtinere *ab excommunicatione*, qui habet principale interesse, *Pen.decis.*224. *num.*7.

Absol-

Absolvere non potest Commissarius Reû pendente termino ad dicendum contrà commissionem, *Pen.dec.*224. *n.*4.

Ab excommunicatione regulariter non conceditur post rem judicatam, nisi parito prius judicato, *Pen. decis.* 978. *num.* 2.

Absolutio *censurarum*, facta in literis gratiæ non prodest violatoribus libertatis Ecclesiæ, *Pen.dec.*1093.*num.* 11. & 12.

Juramenti est actus voluntariæ jurisdictionis, & potest fieri extra judicium, & sine contradictore, *Pen.decis.*1410. *num.*4. & 5.

Absolutionem *ab excommunicatione* justa, vel injusta, tutius est petere, *Pen. decis.*1254. *num.*1.

Absolutio *juramenti* ad finem agendi, non prodest si sit obtenta post causam inchoatam, *Pen.decis.*1202. *num.*4.

Absolvere solet Rota à censuris latis in Partibus, etiam sine causæ cognitione, *Pen. decis.*1370. *num.*1.

Absolutio *in foro contentioso*, ad effectum validitatis gratiæ, probatur etiam per solum Pœnitentiarium, *Crescent. decis.*14. *in princ. fol.*98.

Ajuramento ad effectum agendi, & excipiendi, non tollit effectum executivum obligationis Cameralis, *Mobedan. decis.*6. *de excep. fol.*139.

Ab excommunicatione, & *censuris* non præsumitur, ideò debet probari concludenter ab Allegante, & debet peti, nec ille se absolutum prætendere potest, qui se excommunicatum semper negavit, vel in edicto excommunicationis non comprehensum dixit, *Mohedan.dec.*2. *de sent. excom.fol.*270.

Absolutio *juramenti* non suffragatur, nisi post perjurium sit absolutio à perjurio, *Martin. Andr. decis.*47. *num.*1.

Absolutio à pœnis, & censuris non habilitat Clericum pugnantem in duello, *Put. decis.*7. *num.*2. *lib.*3.

Ex vi Bullæ Cruciatæ, & alia Sacerdotis in quibus suffragetur, *Comitul.dec.*15. *num.* 5.

Absolutio, *non retardatur* propter expensas, de quibus non constat, *Priol. decis.*15.*num.*15., & *decis.*373.*num.*3. & tunc sufficit obligatio de solvendo expensas justificandas, *ibid.n.*4. & 5.

Non datur, nisi refectis expensis passis occasione recursuum, *Priol. decis.* 5. *num.*13., & *decis.*373. *num.*3.

Danda est recurrenti *ad Judices laicos*, qui mediante Procuratore ad formam Brevis renunciat recursibus, *Priol. decis.*5. *num* 8.

Datur *aliquibus* de Capitulo Obedientibus, quamvis alii non obediant in jure diviso, secus in jure connexo, *Priol. decis.*5. *num.*10.

In judicio criminali adversus reiteratam exactionem excludit eamdem exactionem, *Priol. decis.*256. *num.*7.

Non cadit super eo, quod non fuit deductum in judicio, *Priol. decis.* 140. *num.* 6.

Obtenta à non habente speciale, sed generale mandatum substinetur, quidquid dicendum esset in obtinenda, *Priol. decis.*258. *num.*3. & 4.

Retardari non debet justificatis conditionibus Brevis ad hunc effectum obtenti, *Priol. decis.*373. *num.*1.

Absolutio *à censuris* latis in Curia, non datur, nisi causa cognita de stylo Rotæ, *Veral. decis.*2. *num.*1.

Data excommunicato vigore commissionis expeditæ, clausula apposita *cum potestate absolvendi ad beneplacitum*, valet etiamsi facta reperiatur ex falsa causa, *Veral. decis.*1. *num.*1.

Absolutio *simplex* non sufficit, quandò adsunt plura juramenta, sed est necessaria in specie ab omnibus juramentis, *Millin. decis.*282. *num.*3.

A querela non tollit injuriam, neque causam odii, *Millin.dec.*316. *num.*14.

Absolutio *extorta per errorem*, ac dolum versantem circà causam finalem, nihil prodest absoluto, *Rox. pag.*382. *n.*13.

Ad petendam absolutionem *ab interdicto*, requiritur speciale mandatum in Procuratore, *Rox. pag.*381. *num.*1.

Cessante interesse Partis, absolutio non denegatur *Rox. pag.*382. *num.*9.

A censuris est danda, constito de paritione, *Rox.pag.*40. *num.*2.

Absolutio, *ut concedatur* omnia impedimenta quæ tam de jure quam de facto possunt

possunt nocere ad faciendam compulsationem sunt removenda, *Caril. pag.52.num.7.*

Absolutio *à juramento* in obligatione in Carceribus facta apposito, necessaria nullatenùs videtur, *Carill. pag. 335. num. 13.*

Absolutio verbis generalibus concepta sufficit, *Caril.pag.335.num.15.*

Licet post *latam sententiam* fuerit obtenta, Reus tamen conventus est audiendus, dum de perjurio ante obtentam absolutionem appositum fuit, *Caril. pag.335. num.16.*

Absolutio stante *omnimoda paritione* jure merito est concedenda, *Caril.p.376. num. 1.*

Absolutionem *petens*, commissionem in qua terminus alteri Parti ad liquidandum præfigitur impetrare debet, *Caril. pag.383. num.7.*

Absolutio peti potest *ad cauthelam*, & ideò illius instantia non probat excommunicationem, *Rembold.dec.617. num. 7.*

Absolutionem *ab excommunicatione* fuisse petitam ad cauthelam, potest colligi ex verbis,& conjecturis, *Rembold. decis.617. num.8.*

Absolutio *à recursibus*, danda est citata Parte, & juris ordine servato, *Priol. decis. 258. num.5. limita*, quandò est commissa per Breve gratiosum, *ibid. num. 6.*

Facultas absolvendi cessat, si breve illam continens appareat subreptitium, *Cels. decis.122. num.4.*

Ab excommunicatione, in dubio est petenda, *Ludovis. decis.331. num.3.*

Et probat excommunicationem saltem præsumptivè si non plenè, *Ludovis. decis.331. num.4*

Illam tamen *petens* non fatetur se excommunicatum, quandò petitur ad cauthelam, *Ludovis.decis.331.num.2., & ibi annot.num.18., & decis.64.n.6.*

Ad effectum *contrahendi Matrimonium* absolutio debet dari excommunicato post biennium, *Manzaned.dec.610.n.1.*

Absolutionis dicitur justa causa, ne Matrimonium coactè contrahatur, *Manzaned. decis.610. num.3.*

Absolutio ab incursa excommunicatione *ob non paritionem* mandatis Rotalibus, concedenda est, si contumax promptum se exhibet debitum præstare obsequium, prævia paritione in omnibus, *Ottobon. decis.272. num.13.*

Ac etiam facta *simplici renunciatione* in judicio omnibus ad ejus favorem emanatis, *Ottobon.dec.272.num.14.*, præsertim quandò omnia pro attentatis fuerunt declarata, *ibid.num.15.*

Absolutio, & *quietantia* amplissimis verbis concepta, liberat solventem, & alios coobligatos, *Ottobon.decis.64. num. 1.*

Ab observatione judicii nulli, non eximit Reum à mala fide incursa per antecedentem validam interpellationem, ex qua oritur notitia proprii debiti, *Ottobon. decis.250. num.10.*

Absolutio denegari nequit recurrenti *ad Judices laicos*, si ab illis recessit, *Peutinger.decis.183.num.1., Caril.pag.52. num. 4.*

A censuris vigore Bullæ *Cruciatæ*, non suffragatur in foro contentioso, & externo, sed tantum in foro interno, *Merlin. decis.15. num.8. 10. & seqq.*

Absolutio conceditur excommunicato super una tantùm ex pluribus causis, quamvis in aliis excommunicatus remaneat, *decis.257. n.25. par.9. tom.1.*

Ab excommunicatione non requiritur, quando actus est nullus, *decis. 414. num.7. par.9. tom.1.*

Ab excommunicatione obtenta ad cautelam valet, quandò prius constat de nullitate sententiæ, *decis. 414. num.9. par.9. tom.1., Coccin. decis. 1533. la 2. num.68. & seqq.*

Absolutio prævenit perjurii incursum, *decis.24. num.15. par.10.*

Non habetur in consideratione ad effectum probationis de tempore motæ litis, si fuerit revocata, *decis.236.n.4. & 5. par.11.*

Absolutus *à censuris* ob recursum ad Judices laicos, non potest ante sententiam ad illos iterum accedere, *decis.124. num.39. par.11.*

Obtenta in dicto casu sub quibusdam conditionibus à Papa, eis non verificatis,

tis, non potest dari absolutio *dec.*179. *num.*22. *par.*12.

Absolutio *à pœna gravatoriæ* datur, quoties jussa in omnibus expleta noscuntur, *decis.*211. *num.*1. *par.*12.

Absolutio filii de omnibus *à matre administratis* in amplissima forma facta ad excludendam simplicem confessionem Tutoris adminiculum sufficiens præbet, *decis.*285. *num.*17. *par.*13.

Datur *à censuris*, quoties earumdem validitas in dubium revocatur, *dec.*122. *num.*32. *par.*15.

Excommunicationis non denegatur ob defectum satisfactionis, si ad illius depositum fuerit deventum, *decis.* 122. *num.*33. *&* 34. *ubi etiam amplia p.*15.

Propter recursus ad Judices laicos, eo magis conceditur si altera Pars, & ipsa similes etiam habuit recursus, *dec.*84. *num.*11. *par.*16.

A censuris non denegatur, quoties recursui habito ad Judices laicos sufficienter renunciatum est, *decis.*84. *n.*1. *par.*16., *Cerr. decis.*942. *num.* 1.

Datur ideò *ad cautelam* ut excommunicatus tute possit se divinis immiscere, *decis.*195. *num.*2. *par.*16.

Ad cautelam non datur, si excommunicatio allegatur injusta, sed solum si de nullitate redarguitur, *decis.* 195. *num.*2. *par.*16.

Absolutio *ad cautelam*, conceditur etiam sine causæ cognitione in censuris fulminatis in Partibus, *decis.*195. *num.*3. *par.*16.

Conceditur *ad cautelam* quoquomodò dubitatur de nullitate censurarum, *decis.*195. *num.*1. *par.*16.

A simonia, & hæresi conceditur, quoties hujusmodi crimina non fuerint concludenter probata, *decis.*116. *num.*1. *&* 2. *par.*17.

Ab excommunicatione, & irregularitate, dicitur obtenta ad parandam conscientiam, *decis.*148. *num.*11. *&* 12. *par.*18. *tom.*1.

Ab excommunicatione non conceditur, nisi refectis expensis, *decis.*765 *num.*1. *par.*18. *tom.*2.

A juramento non requirit citationem Partis *dec.*371. *num.*20. *par.*19. *tom.*1.

A juramento suffragatur, etiamsi fuerit petita à Judice loci contractus, *decis.*371. *num.*18. *par.*19. *tom.*1.

Ab excommunicatione percutientis Clericos soli Pontifici reservatur, nec spectat ad Episcopum, nisi in certis casibus, *decis.*69. *num.*31. *& seqq. par.*19. *tom.* 1.

A censuris latis extrà Curiam, etiam sine causæ cognitione passim conceditur, *decis.*167. *num.*11. *par.*19. *tom.*1., *Cerr. decis.*821. *num.*6. *declara num.*7. *&* 8.

A censuris datur etiam illi, qui eas non incurrisse prætendit, saltem ad cautelam, ut tute possit se ingerere, aut interesse divinis, *decis.* 167. *num.* 4. *par.*19. *tom.*1., *Dunoz. jun. decis.*924. *num.* 6.

A censuris eo magis conceditur, si contumacia non subsistit, *dec.*167. *num.*5. *par.* 19.

Absolutionem petens simpliciter, vel ad cautelam, sufficit opponere exceptionem manifestæ injuriæ, sive offensæ in genere, *decis.* 1. *de sentent. excom. in noviss.* 272.

Quandò Papa commisit extrà Curiam absolutionem ab excommunicatione, tunc Judex etiam ad cautelam absolvere potest, si vero commissa sit in Curia, etiam Auditori Rotæ, & tunc id non potest, & hoc propter facilem aditum ad Summum Pontificem, *decis.*568. *num.*50. *par.*4. *tom.*3.

Si quis petat absolutionem *ab excommunicatione*, censetur incurrisse in eam *decis.*308. *num.*18. *par.*7.

Et per reintegrationem tantumdem restituitur quantum per delictum, & condemnationem fuerat ablatum, & pœna omnis perimitur, & causa ad non causam reducitur; & quidquid antea fuit peractum, penitùs retractatur, *decis.*83. *num.*9. *&* 10. *par.*7.

Absolutionem *à juramento* non petere promittens cum juramento, si illam petat dicitur perjurus, *decis.*180. *n.*29. *par.*9. *tom.* 1.

Ad obtinendam *ob recursus ad Judices laicos* non sufficit oblatio verbalis, inanis, & aerea, sed vera, & realis est necessaria

cessaria, *decis.* 179. *num.* 28. *par.* 12., & refectio damnorum, & interesse, *Dunoz. jun. decis.* 580. *num.* 7.

Absolutionem obtinens *ob recursus ad Judices* laicos, sub prætextu, quod id actum fuit ad tuendam jurisdictionem Ecclesiasticam; si id non verificetur, non est locus absolutioni, *decis.* 179. *num.* 12. & 13. *par.* 12.

Pro obtinenda absolutione *ab excommunicatione* non requiritur citatio partis, quandò periculum est in mora, vel nisi Summus Pontifex gratiam faciat, *decis.* 568. *num.* 25. *par.* 4. *tom.* 3.

Ex capetita, necessario non infertur incursio in excommunicationem, cum ea peti possit ad cautelam, *decis.* 308. *num.* 19. *par.* 7.

In ea *à juramento* ad effectum agendi, non potest opponi exceptio perjurii, *decis.* 90. *num.* 24. *par.* 9. *tom.* 1.

Absolutiones obtentæ *à juramentis* ad effectum agendi, & docendi de enormissima læsione nihil suffragantur, non docto de dicta læsione, *dec.* 321. *n.* 18. *par.* 4. *tom.* 2.

Tot debent esse, quot sunt juramenta, *decis.* 208. *num.* 19. *par.* 9. *tom.* 1.

Absolutio etiam *sub conditione* de futuro peti, & concedi valet, *Zarat. dec.* 43. *num.* 7.

Et in dubio potest, & peti debet. *ibid. num.* 8. & 9.

Absolutionem petens non videtur censuram fateri, *Zarat. decis.* 43. *num.* 10., *Bich. decis.* 195. *num.* 18., *Manzaned. decis.* 148. *num.* 9.

Absolutio dari non solet, nisi *parito judicato*, *Zarat. decis.* 17. *num.* 1., *Coccin. decis.* 2195. *num.* 1., & quandò constat de paritione, *decis.* 2191. *num.* 4.; præsertim à latis in Curia, *Dunoz. jun. decis.* 532. *num.* 1., *decis.* 653. *num.* 1. & 2. & 754. *num.* 1.

Non datur *à censuris* latis in Curia, nisi *parito judicato*, *Bich. decis.* 126. *num.* 3., *Seraphin. decis.* 432. *num.* 1.

Datur *excommunicato* ex pluribus causis super una, licèt remaneat excommunicatus ex alia, *Bich. dec.* 167. *n.* 25.

A censuris latis in Curia arbitrium semper intrat, concurrentibus nullitate, & injustitia sententiæ declaratoriæ, *Bich. decis.* 289. *num.* 3., *Cavaler. decis.* 544. *num.* 1.

Ob recursum ad Judices laicos non prodest, si post eam obtentam, iterùm ad laicos fiat recursus, *Bich. decis.* 455. *num.* 33.

Breve absolutionis in forma commissaria obtentum cum clausula *constito de præmissis*, antè justificationem narratorum non suffragatur, *Bich. dec.* 174. *n.* 1.

Ad cautelam semper datur de stylo Rotę, *Cerr. decis.* 150. *num.* 14. & 16. *ad* 19.

A censuris nulla facta mentione, quod quis est innodatus duplici excommunicatione remanet subreptitia, quoad illam excommunicationem, quam non expressit, *Cerr. dec.* 175. *num.* 1. *ad* 11., & *decis.* 510. *num.* 2.

Ab incursu declaratoriæ, si constat de paritione mandati, *Cerr. decis.* 432. *n.* 1. *declara num.* 23. & 4. & *dec.* 265. *n.* 2.

In foro pœnitentiali, non potest dari ab una censura altera omissa, *Cerr. decis.* 150. *num.* 3. & 4.

Adversùs *aggravatoriam* petenti, facta oblatione, & deposito pro reficiendis expensis facta liquidatione, postquàm altera pars in termino præfixo ad illas liquidandum, illarum liquidationem neglexit, *Cerr. decis.* 594. *num.* 1.

Ab excommunicatione lata in Curia, dum contenditur, tunc cautius, & secundum merum jus est agendum, *Coccin. decis.* 1533. *la* 2. *num.* 33.

Secùs à censuris latis extrà Curiam, à quibus Rota passim dat absolutionem ad cautelam sine causæ cognitione, *Coccin. decis.* 1533. *num.* 33. *la* 2.

Non est cuique Judici *permittenda*, nisi sit à jure in specie permissa, vel ex speciali rescripto concessa, *Coccin. decis.* 1533. *la* 2. *num.* 40.

Quandò datur requiritur citatio partis, cujus interest, *Coccin. decis.* 1533. *la* 2. *num.* 26.

Limita, quandò periculum est in mora, *ibid. num.* 27., & quandò Summus Pontifex gratiam facit, *d. num.* 27.

A juramento non debet concedi pertinaci in contraventione, *Coccin. dec.* 582. *num.* 8.

A subdelegato à Rota data, cui per Breve particulare Papa facultatem concesserat, valet, *Coccin. dec.* 1496. *num.* 1.

A vinculo Prioris Ecclesiæ, intelligitur facta quatenùs placuerit Episcopo translato, *Coccin. decis.* 736. *num.* 6. *contrarium tenentes num.* 46. *declara num.* 47.

Cum reincidentia, quandò datur, tunc tot cautiones, & cautelæ non requiruntur, *Coccin. decis.* 1533. *la* 2. *num.* 37.

Papa solet annuere instantiæ, in qua petitur, quod mandet Auditori Rotæ, coràm quo pendet causa, ut absolvat per duos menses à censuris cnm reincidentia, & purgatis attentatis, *Coccin. decis.* 1976. *num.* 1.

Absolutoria.

Absolutoria *in petitorio* ferri potest postquam est decisum, possessorium, suspendere petitorium, *dec.* 351. *num.* 1. *par.* 1. *diversor.*

Potest dari etiam *pro minore decem annorum*, *dec.* 1393. *n.* 1. *lib.* 3. *par.* 3. *divers.*

Datur *actori possessore reo* nihil probante, *decis.* 807. *num.* 1. *lib.* 3. *diversor.*, *Mantic. decis.* 48. *num.* 11.

Non est deneganda ei, qui eam petit suis expensis *in judicio præterito*, secùs in futuro, *dec.* 752. *n.* 1. *lib.* 3. *par.* 3. *divers.*

Tertia danda est parti, si contrà eam nil fuerit probatoriè deductum, quod eidem officere possit, *decis.* 553. *num.* 3. *lib.* 3. *par.* 3. *diversor.*

Actori, & possessori potest dari à molestiis sibi de facto illatis, *decis.* 872. *num.* 1. *lib.* 3. *par.* 3. *diversor.*

Si petatur ab una partium, & ab alia canonizatoria hanc opinionem esse valdè implicatam à Rota testatur, *dec.* 581. *num.* 1. *lib.* 3. *par.* 3. *diversor.*

Gratia, & reintegratoria cum verbis amplissimis facta delinquenti restituit, & reponit ipsum delinquentem in omni jure, quod alteri collatum non est, *decis.* 255. *num.* 3. *par.* 3.

Conceditur reo per non jus actoris, *decis.* 113. *num.* 28. *par.* 8.

Nullum aliud jus parat absoluto, quam imponere finem liti, *dec.* 119. *n.* 20. *par.* 10.

Sententia ad favorem promissoris dotis non probat veritatem solutionis, nisi per confessionem de recepto justificetur recepta, *decis.* 217. *num.* 10. *par.* 11.

Sententia *super crimine simoniæ* aliud est, quod sit lata ex capite innocentiæ, & aliud si ex capite non probationis, *decis.* 78. *num.* 18. & 19. *par.* 12.

Absolutoria simplex conceditur ex sola supplicatione absque litteris, *Buratt. annot. ad decis.* 540. *num.* 19.

Datur *actori* reo non probante suam intentionem, *Pen. decis.* 1409. *num.* 3.

Absolutoria sententia *delicti*, tollit diffamationem, quæ ex illo poterat resultare, *Pen. decis.* 1035. *num.* 5.

Lata *in uno judicio*, præjudicat alteri, *Put. decis.* 227. *num.* 2. *lib.* 2.

Absolvi.

Absolvi potest, quis ad cautelam licet causam excommunicationis non alleget, *dec.* 6. *n.* 1. *de sent. excom. in antiq.* 468.

Debet reus conventus ratione beneficii, contrà quem actor opponit de incursu in excommunicationem ab executoribus latam, licet non probaverit sententiam excommunicationis fuisse injustam, *decis.* 12. *num.* 1. *de sent. excom. in antiq.* 469.

Potest *excommunicatus* in persona Procuratoris habentis ad hoc speciale mandatum, *decis.* 25. *num.* 1. *de sent. excom. in antiq.* 471.

Ab instantia defuncti reus petens non est audiendus, *caus.* 6. *dub.* 21. *num.* 1. *Fastol.* 537.

Absolvitur *ad cautelam* excommunicatus ab Auditore de stylo Rotæ absque eo, quod absolutio remittatur ad Ordinarium excommunicantem, *decis.* 699. *num.* 1. *par.* 1.

Absolvendus est reus *actore non probante*, *decis.* 409. *num.* 6. *par.* 1.

Absolvendi facultas, quandò alicui est concessa sub ea comprehenditur etiam facultas absolvendi ad cautelam, *decis.* 568. *num.* 44. *tom.* 3. *par.* 4.

Absolvendi facultas ad cautelam venit sub clausulis amplissimis, quæ ponuntur in primis commissionibus Rotalibus, *decis.* 568. *num.* 69. *tom.* 3. *par.* 4.

Ab-

Absolutus.

Absolutus *ab excommunicatione* vigore Cruciatæ non juvatur, nisi post justam satisfactionem, & in foro conscientiæ tantum, *Rot. decis.659. num.2. par.4. tom.1.*

Absolutus *simpliciter* cum cautione, si non pareat reincidit in excommunicationem ipso jure, *decis.11. de sent. excom. in novis. 276.*

Ab excommunicatione non parendo mandatis superioris reincidit ipso jure in excommunicationem, & hoc in sententia canonis, *decis.7. de sent. excom. in novis.273.*

Se probans absolutum in partibus vigore Bullæ Cruciatæ, præjudicare non potest aliis expectantibus, cum, & ipse sit expectans, *dec.573. lib.3 num.2. par.3. diversor.*

Non dicitur, qui per triennium in censuris insorduerit ad effectum juris sui, *decis.929. num.1. lib.3. par.3. divers.*

A juramento potest excipere de non numerata pecunia, & onus probandi numerationem in adversarium transferre, *decis.800. num.1. intellige, & declara, ut num.5. lib.3. par.3. divers.*

In una parte, censetur condemnatus in alia, *decis.622. num.2. par.1.*

A censuris non censetur ab irregularitate, quia irregularitas non est censura, *decis.44. num.5. par.2.*

Ex hactenus deductis potest novis supervenientibus indiciis iterùm molestari, secùs si fuerit absolutus tamquam innocens, *decis.230. num.4. par.3.*

Tamquam innocens non potest dici, qui ex priori inquisitione remanet cum aliqua macula, *decis.219. num.3. par.3.*

Simpliciter non dicitur absolutus ad cautelam, *decis.568. num.46. par.4. tom.3., Coccin. decis.1533. la 2. num.44.*

A censuris non indè recuperat beneficium, cum sint pœnæ diversæ privatio beneficii, & excommunicatio, *decis.83. num.11. par.7.*

A juramento ad effectum agendi, non potest opponi exceptio perjurii, *decis.90. num.24. par.9. tom.1.*

Ab aliquo crimine, de quo fuit accusatus ob non factas probationes, tunc non obstante tali absolutione remanent tamen vestigia prioris judicii, & potest inquisitus supervenientibus indiciis molestari, *decis. 172. num. 21. par. 12., Priol. decis.94. num.4. & 5.*

Probationes *criminum diversorum* non sufficiunt ad condemnandum aliquem super delictis, à quibus absolutus fuit in judicio separato, *Priol. decis.269. num.9.*

Absolutus *à juramento* expresso, non censetur absolutus ab alio non expresso, *Duran. decis.5. num.11.*

In Judicio criminali, si occasione processus illius confessus fuit se debitorem, potest hujusmodi confessionem impugnare in judicio civili, *Pamphil. decis.536. num.3.*

A juramento habilitatus dicitur à perjurio, *decis.326. num.2. par.12.*

Non dicitur ex eo solùm, quod quis condemnatus non est, *decis. 605. num. 5. par.18. tom.2.*

Pro absoluto testamentum non fuisse habitum, spatium in albo vacuum, ubi nomina universalis hæredis, & legatariorum prætermissa describerentur, indubitanter ostendit, *decis. 16. num.3. par.13.*

Absolutè statutum non potest dici negativuum, si reservet licentiam Principis, *decis.517. num.22. par.11.*

Absolutus *à censuris*, si ab inobedientia non recedit, in easdem censuras reintrudendus est, *Bich. decis.289. num.2.*

Absolutus potest contravenire contractui, *Dunoz. jun. dec.805. num.1.*

Absolutus *per sententiam* adhùc dubitare potest de viribus absolutionis, quandò sententia fuit per appellationem suspensa, & lis non terminata, *Ottobon. decis.204. num.8.*

Absolutus dicitur *contractus*, si addatur pactum, quod de eo fiat instrumentum ad majorem cautelam, *Pen. decis.995. num.5.*

Absolutus in foro conscientiæ, *Divina Sacramenta* percipere potest, *Rembold. decis.172. num.3.*

Ab observatione judicii cum obligatione de stando juri, & se repræsentando novis

vis supervenientibus inditiis, potest illis supervenientibus quandocumque vexari, & semper remanent vestigia prioris judicii, *Priol. dec.*311.*num.*6.

A recursibus *ad Judices laicos*, obtinere potest remissoriam, *Priol.dec.*258.*n.*2.

Diffamatio non tollitur per sententiam ab observatione judicii, dum praecesserunt querela, carceratio, depositiones testium, & praecepta poenalia acceptata ab absoluto, *Priol.dec.*311.*n.*7.

Abstinendi.

Abstinendi *beneficium* facit, ut non valeat consequentia, est filius, ergò est hæres, *decis.*148.*num.*3.*par.*2.

Abstinere se ab aliquo actu de jure, idem est, ac omninò repudiare illum, *Pen. decis.*739.*num.*9.

Absurdum.

Absurdum, *ut evitetur*, semper facienda est favorabilis interpretatio, *dec.*248. *num.*2.*par.*3., *decis.*494.*num.*3.*par.*5. *tom.*2., *decis.*132. *num.*21.*par.*16., & omnis possibilis, *dec.*152.*n.*9.*par.*17., *Dunoz. jun. decis.*580. *num.*3., *Ottobon. decis.*21.*n.*13., *Peutinger.dec.*79. *num.*9., *Merlin. decis.*639.*n.*18. 650. *num.*5. & 685.*num.*16., *dec.*637.*n.*5. & 15.*par.*19.*tom.*2., *Emerix jun. decis.*1178.*num.*11., & *dec.*1289.*n.*11., *Mantic. decis.*249.*num.*3. & 4.

Absurdum illud dicitur, quod est contrà intentionem agentis, *decis.*125.*n.*10. *par.*1.*diversor.*

Est quod minus relinquatur fœminis pro ingressu Monasterii, quàm pro Matrimonio carnali, *decis.* 130. *num.*5. *declara*, *ut num.*7.*par.*1.

Est evitandum, *decis.*314.*num.*35.*par.*4. *tom.*2., *Coccin. decis.* 2158.*num.*39., *Manzaned. dec.*192.*num.*11., *dec.*437. *num.*5.*par.* 9. *tom.* 2. *omninò decis.* 27. *num.*4.*par.*16., *Buratt. dec.*22.*n.*10., & *decis.*206.*num.*14.

Est quod quis teneatur erogare proprias pecunias in reparatione, & conservatione rerum alienarum, *decis.*432.*n.*7. *par.*5.*tom.*2.

Non tollitur ex multiplicatione absurdi, *decis.*190.*num.*8.*par.*6.

Et indecens est, quod Ecclesia sit minùs libera de tempore Principum Orthodoxorum, quam fuerit de tempore Pharaonis, cum Prorex Pharaonis Joseph, Sacerdotes, & eorum agros etiam eis à Rege traditos in primæva libertate dimisit, quamvis reliquos agros totius populi servituti Regis subegerit; imò, & tempore Ethnicorum flamines augures, & alii Sacerdotes unà cum bonis ipsorum erant liberi, & immunes à solutione tributorum, *decis.*339.*num.*12.13.14.& 15.*par.*6.

Non est ingens, si in statutis exclusivis fœminarum vellemus addere exclusionem fœminarum ab hæreditate fratris, si ea non legatur in ipso statuto, *decis.*329.*num.*32.*par.*6.

Videtur, & quasi intollerabile, ut fœmina exclusa à statuto propter unam solam dotem, excludatur ab omnibus hæreditatibus omnium eorum, ad quas de jure vocatur, *decis.*329.*num.*35. *par.*6.

Esset si *remotior* excluderet proximiorem *decis.*43.*num.*7.*par.*7.

Ut evitetur, receditur etiam à propria, nedùm in propria verborum significatione, *decis.*59.*num.*16.*par.*7., & *decis.*406.*num.*11.*par.*19.

Est quemlibet privari secundogenitura contrà voluntatem Testatoris, *dec.*337. *num.*23. & 25.*par.*11.

Est quod dispositio non loquatur de re, quæ immediatè disponitur, *decis.*94. *num.*11.*par.*13.

Ut evitetur reiici debet omnis inverisimilis intellectus, *dec.*462.*n.*25.*par.*14.

Non attenditur, ubi constat de voluntate Testatoris, *decis.*269.*num.*29.*par.*15.

Et inconveniens admittendum non est, *decis.*69.*num.*5.& 23.*par.*17., etiamsi actus annulletur, *dec.*132.*n.*21.*par.*16.

In statutis evitari omnino debet, *dec.*209. *num.*5.*par.*16.

Facilè *evitatur*, si longè sequeretur absurdius, *decis.*168.*n.*23.& 24.*par.*17.

Majus est voluntatem Testatoris non servare, quàm aliud evitare absurdum, *decis.*262.*num.*17.*par.*17.

Ab-

Absurdi evitandi argumentum cessat stante voluntate Testatoris, *dec.381. n.23. par.17.*

Non tollitur ex multiplicatione absurdi, *Merlin. decis.575.num.8.*

Absurda *cessant*, ubi legis dispositionem exequimur, *Ansald.decis.30.num.67.*

Abundantia.

Abundantia *fructuum*, si succedere potuisset, sicuti penuria successit, læsionem in illis, quis allegare non potest, *decis.408. num.9. par.16.*

Abundans.

Abundans *cautela* non nocet, *decis.748. num.6. par.3.*, *decis.144. num.10.* & *decis.456.num.5. par.4.tom.1.*, nec sibi *decis.182. num.18. par.15.*, nec vitiat sententiam, *decis. 319. num.9. par.1.*, *Pamphil. decis.687. num.11.* & *13.*

Cautela non alterat naturam negotii, *decis.405. num.3. in fin. par.3.*

Ex abundanti.

Ex abundanti ea, quæ fiunt non nocent etiamsi nullitèr fiant, *decis.108. n.18. par.12.*

Et ad cautelam, quæ sunt adhibita nocere non debent, *decis.355.n.29. par.19.*

Abusus.

Abusum *ad evitandum* statim, ac quod pullulat intempestivè, ei occurri debet, *Rub. in annot.dec.28.n.249.par.3.*

Abusus Rei non mutat statum loci, *decis.725.num.12. par.1. divers.*

Et corruptela, & non consuetudo dicitur illa, quæ est nutritiva peccati, *dec.301. num.23. par.5. tom.1.*

Abusus nisi statim comprimatur, ab improbis in privilegiorum jus assumitur, & pro lege observatur, *Rub. in annot. decis.249. num.250. par.3.*

Et corruptelæ tollendæ sunt, *decis.400. num.25. 29.* & *30.par.9. tom.2.*

Nullius est effectus, *decis. 400. num. 44. par.9. tom.2.*

Abusus, *seu corruptela* tractu temporis quantumvis immemorabilis non firmatur, *Rub. in annot.dec.28.num.242. par. 3.*

Corruptelæ, & gravamina in aliqua materia, si irrepserant, dum tolluntur per Principem generalitèr dicuntur avulsæ, *decis.100. num.5. par.12.*

Abusus quanto magis sunt longævi tanto studiosius, & radicitus veniunt extirpandi, *Rub. in annot. decis.28. n.243. par.3.*

Accademia.

Accademia *publica* dicitur, quæ fuit erecta auctoritate Pontificis, vel Regis, *decis.109. num.2.* & *3. par.11.*

Regis Francorum in Urbe, quibus encomiis Equitem Berninum decoraverit, *decis.764. num.5. par.18. tom.2.*

Cracoviensis dicitur exequata Accademia Parisiensi, *decis.639. num.16.* & *22. par.18. tom.2.*

Et *dicitur publica*, *Bich. decis.448. n.1.*

Ejusdem Statuta, sive ordinationes, quid Episco po, uti Accademiæ Cancellario tribuant, *ibid. num.4.*

Omnimodam jurisdictionem, sive regimen tribuunt Rectori cum tribus Decanis, *ibid.num.6.*, & *decis.474.num.2.* & *7.*

Et omnimoda jurisdictio probatur ex observantia longissimi temporis, *Bich. decis.448.num.8.*, & *decis.474.num.3.*

Dictæ Accademiæ origo refertur *à Rhenat. Choppin. de Demenfranc. lib. 3. tit.27.num.20. ibid. num.22.*

Episcopus, nisi ex privilegio in functionibus publicæ Accademiæ nullam habet jurisdictionem, *Bich. decis. 448. num.2.* & *3.*

Accedere.

Accedere in Urbē de longissimis partibus, quis non cogitur propter magna pericula, & expensas, quæ exinde resultant, *decis.247. num.3.* & *9. par. 19.*

Acceptans.

Acceptans ubi notoriè constat, quod jus non habet in beneficio non debet expe-

expectare declaratoriam super hoc, sed potest aliud beneficium acceptare, *decis.* 5. *num.* 1. *de concess. præben. in antiq.* 412.

Acceptans *beneficium* si contra ipsum feratur sententia, à quo non appellat, potest beneficium secundum acceptare, *decis.* 15. *num.* 1. *de concess. præben. in antiq.* 415.

Beneficium credens vacare per mortem, cum re vera alias vacet, non præjudicat suæ gratiæ, *decis.* 2. *num.* 3. *de concess. præben. in antiq.* 412.

Beneficium si post acceptationem dicat, quod non cadebat in sua gratia, non creditur sibi, *decis.* 7. *de caus. poss. & propr. in antiq.* 336.

Nulliter potest variare illudque beneficium sibi non debitum dimittere, & aliud sibi debitum acceptare, *decis.* 13. *de concess. præben. num.* 2. *in novis.* 243.

Beneficium Ecclesiasticum vigore expectativæ, quod acceptare non poterat, gratiæ consumptionem sibi parit, nec per sententiam causæ decisionem expectare tenetur, sed possessionis facere cessionem, *decis.* 3. *lib.* 1. *num.* 1. *par.* 3. *divers.*

Et cedens nulla necessitate cogente, sed sua sponte idque in favorem novæ possessionis sibi haud dubio præjudicium parit, *decis.* 252. *num.* 2. *lib.* 2. *par.* 3. *divers.*

Cessionem, & reservationi consentiens pensionis notorio existente isto consensu præsumitur pariter regressui consensum attribuisse, & accessui, cum videatur cessione reliquis omnibus qualitatibus concurrentibus acceptasse, *decis.* 89. *num.* 4. *lib.* 2. *par.* 3. *divers.*

Beneficium vigore expectativæ, quod non poterat acceptare, gratiam consumit si statim, quod scivit fuit in mora, *dec.* 6. *num.* 1. *lib.* 2. *par.* 3. *divers.*

Beneficium Religionis censetur se obligare omnibus legibus Religionis, *decis.* 496. *num.* 3. *lib.* 3. *par.* 3. *divers.*

Mandatum censetur se astrinxisse omnibus contentis in mandato, *decis.* 640. *num.* 10. *par.* 1.

Contenta in Instrumento censetur se obligasse ad omnia etiam enunciativè narrata in Instrumento, *dec.* 70. *num.* 6. *par.* 1.

Legatum intelligitur cum omnibus suis qualitatibus illud acceptare, *dec.* 287. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 1., & quidquid sit, *decis.* 221. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 2.

Dispositionem, eaque utens in judicio non potest illam impugnare *decis.* 405. *num.* 24. & 25. *par.* 9. *tom.* 2.

Acceptanti *beneficium* sufficit probare beneficium vacasse ante acceptationem, licet Testes verum tempus vacationis non dicant, *dec.* 23. *de præben. in novis.* 232.

Acceptantes Episcopus, vel Rector simpliciter *Ecclesiam* pensionibus gravatam, non sibi præjudicant, *decis.* 351. *num.* 10. *par.* 18. *tom.* 1. *contrà Buratt. decis.* 448. *num.* 1.

Acceptans *gratiam qualificatam* afficitur qualitate ipsi gratiæ per concedentem adjectę, *Bich. decis.* 18. *num.* 12.

Aliquod onus, non potest amplius illud recusare, *Bich. decis.* 522. *num.* 15.

Declarationem absque ulla protestatione, videtur illi acquievisse, *Buratt. decis.* 593. *num.* 10.

Præsentationem, intelligitur illam cum omnibus suis qualitatibus acceptasse, *Buratt. decis.* 183. *num.* 10.

Provisionem beneficii tamquàm vacantis per promotionem illud obtinentis ad aliud, confitetur beneficium, de quo similiter provisus fuerat esse incompatibile, *Buratt. decis.* 19. *num.* 16.

Factum Testatoris, non potest in alio adjuncto, & connexo contravenire, *Cavaler. decis.* 604. *num.* 2.

Contractum non potest illum impugnare, *Cavaler. decis.* 248. *num.* 2.

Concordiam dicitur consentire contentis in ea, *Cavaler. decis.* 619. *la* 1. *num.* 3.

Rem, debet subire onus adnexum, *Cavaler. decis.* 582. *num.* 3.

Bona cum onere à Testatore injuncto, non potest ampliùs legitimam deducere, *Cels. decis.* 183. *num.* 13.

Beneficium pensione gravatum, videtur acceptare obligationem factam ab antecessore, & quasi contrahere cum pensionario, *Cels. decis.* 346. *num.* 4.

Sibi

Sibi imputet si in electione sibi præjudicavit, *Cels. decis.*183. *num.*12.

Acceptans *duo beneficia* simul in una Diœcesi potest, quod maluerit acceptare, Episcopo tamen haud contradicente, *Crescent. decis.*6. *n.*1 *fol.*159.

Acceptanti *jus quæritur* ex acceptatione præsumpta anteriori ob certam horam in ea appositam, *Crescent. decis.*16. *num.*3. *fol.*151.

Acceptans *beneficia reservata*, tenetur provisionem à Papa impetrare, *Cresc. decis.*18. *num.*1. *fol.*152.

Beneficium dicitur consentire omnibus in provisione contentis, *Put. dec.*169. *num.*4. *lib.*2.

Beneficium primo vacans, an, & quandò altero vacante illud resignare possit, & acceptare aliud, *Put. decis.* 207. *num.*2. & 4. *lib.*2.

Secundum beneficium, censetur primo beneficio renunciare, *Put. decis.*268. *num.*2. & 4. *lib.*1.

Ordinem absque ulla protestatione censetur illum in totum approbare, *decis.* 236. *num.* 15. 16. & 18. *par.* 9. *tom.*1. *Dunoz. jun. decis.*703. *num.*1.

Fideicommissum secundum dispositionem factam à primo gravato non dicitur repugnare antiquiori fideicommisso, *decis.*308. *num.*17. *par.*11.

Remissionem emphyteuta caducitatis sub novis pactis mediante solutione certæ quantitatis, fatetur caducitatem, *decis.*277. *num.* 1. *par.*11., & recessisse à lite super caducitate intentata, *ibid. num.*3. *par.*11.

Aliquid non potest id ampliùs impugnari ab eo, *decis.* 129. *num.* 101. *par.* 12., *Cels. decis.* 323. *num.*10.

Donationem si aliquid superaddat, cui non contradicat Donator, & illud quoque dicitur acceptare, *decis.*328. *num.*16. *par.*12., *Buratt. decis.*246. *num.*9.

Donationem mater pro filia absente, perindè est, ac si ipsa esset præsens, *decis.*446. *num.*9. *par.*13.

Beneficium tenue imputare sibi debet, quandò quis acceptavit, *decis.*48. *n.*4. *par.*13.

Filia *dotem* considerabilem pro omni, & toto eo, quod quomodolibet prætendere posset, cùm amplissima renunciatione debitis solemnitatibus munita, immissionem super bonis renunciatis prætendere non potest, *decis.* 146. *num.*2. *par.*13.

Primogenituram cum omnibus suis qualitatibus acceptat, *decis.*536. *num.*100. *par.*14.

Litteras Cambii ampliùs pœnitere non potest, *decis.* 73. *num.* 20. *par.* 15., *Ottobon. decis.*118. *num.*3. & 11.

Litteras multo magis excusatur à solutione mandatis decoctione latente, quandò acceptatio processit animo sese relevandi, *decis.*219. *num.*8. *par.*15.

Sententiam non potest ampliùs illam impugnare, *decis.* 95. *num.*2. *par.*18. *tom.* 1., *Panphil. decis.* 111. *num.* 1. & *seqq.*

Sententiam dicitur acceptare præservationem in eadem sententia factam, *decis.*319. *num.*5. *par.*18. *tom.*1.

Seu fundans intentionem suam super *aliquo facto* non potest controvertere dictum factum, aut adversus illud venire, *decis.*817. *num.*9. *par.* 18. *tom.*2., *Buratt. decis.*100. *num.*15.

Infrà mensem si executor non provideat, acceptatio propter hoc non evanescit, *decis.*4. *de jurepat. in novis.*223.

Acceptante Donatario donationem, actio ex ejus ministeriis cæteris condonatariis competit, *dec.*180. *num.*3. *par.*13.

Non acceptante Donatario donationem, nec dominium, nec possessio à donante abdicatur, *dec.*203. *num.*14. *par.*14.

Acceptans *litteras Cambii*, non potest aliquam compensationem opponere, quandò debitum cum quo compensari petitur fuit contractum ante obligationem ex acceptatione deductam, *Ottobon. decis.*118. *num.*13.

Et acceptanti literas cambii nulla competit exceptio, *Ottobon. dec.*118. *n.*4.

Acceptans *literas cambii* efficitur debitor illius, ad cujus favorem sunt factæ, nec tenetur alteri solvere, *Rembold. decis.*56. *num.*4. *amplia ut num.*5.

Acceptans *sententiam* probare tenetur exceptionem Creditorum, *Rembold. decis.*179. *num.*13.

Paro-

Parochialem vigore expectativæ primæ, non potest aliam acceptare vigore extensionis, & quare, *Verall. decis.3. num.1.*

Acceptans *unam partem alternativæ*, non potest ad alteram redire, *Ansald. decis.77.num.51.*

Hæreditatem simplicitèr sibi præjudicat quoad gravamen per Testatorem adjectum in bonis propriis, *Emerix jun. decis.1220. num.8.*

Et numquid ad hunc effectum sufficiat aditio sine beneficio legis, & inventarii, *Emerix jun. decis. 79. num. 5. & seqq.*

Legatum factum animo compensandi, non potest ampliùs onus reiicere, *Emerix jun. decis. 1162. num.7.*

Et acceptans *legatum* sibi relictum sub conditione nihil aliud petendi, censetur quibuslibet aliis prætensionibus renunciasse, *Emerix jun. decis.1165. num.1., & decis.1323. num.4.*

Factus contrà formam traditam à lege sine clausula annullativa valet, & tenet, licet contrafaciens veniat puniendus ex communi, *decis.* 750. *num.* 4. *par.*1. *divers.*

A principio validus conservatur faciliùs, quàm de novo convalidetur actus ab initio nullus, *decis.*49. *num.*21. *par.*2. *divers.*, *Dunoz. sen. dec.*249.*num.*10.

Nullus ex defectu citationis, aliquando ex aliquo adminiculo sustineri potest, *decis.*281. *num.*19. *par.*2. *divers.*

Pro actus validitate omnia præsumuntur intervenisse stante cursu longissimi temporis, & observantia diuturna, *decis.*224. *num.*28. *par.*5. *tom.*1.

Pro

Pro actus validitate semper benigna interpretatio est facienda, *dec.557. n.3. par.5. tom.2., decis.108.num.24.par.7., Manzaned. decis.102. nu.13., Panphil. decis.596. num.7.*

Et semper præsumitur illud præcessisse, quod debebat præcedere, *dec.558.n.1. par.5. tom.2.*

Ad actus validitatem omnia necessaria præsumuntur intervenisse stante causa longissimi temporis, *decis.441. nu.12. par.5. tom.2., decis. 16. num.2. par. 7., decis.270. num.24. par.9. tom.1.*

Solemnitates non præsumuntur intervenisse, stante quod constet de eorum defectu, *decis.441. nu.13.par.5. tom.2.*

Pro actus validitate semper præsumitur, ideò fundans se in negativa observationis, tenetur illam probare, *dec.143. num.5. par.6.*

Semper actus corruit forma non servata, *decis.143. num.4. par.6., Dunoz. sen. decis.135. num.4.*

Sustinetur cessante prohibitione, *decis.126. num.25. par.6.*

Vitiatur ex omissione formæ, quandò ea respicit ordinem, & substantiam actus, *decis.124. num.42. par.6.*

Validitas, quæ pendere debet ex aliis causis, non irritatur ex omissione solemnitatum, vel non servatarum, vel minus aptè adhibitarum, *decis. 363. num.12. par.6.*

Pro actus validitate, tunc capienda est interpretatio quandò sumus in dubiis, secùs si versemur in claris, *decis. 135. num.9. par.7.*

Ut præsumatur validus ex cursu temporis detrahi debet tempus motæ litis, *decis.16. num.9. par.7.*

Quandò est ex sui natura validus, non potest invalidari ex re ad majorem cautelam obtenta, *dec.227.n.2. par.7.*

Pro actus validitate capienda est interpretatio, quandò sumus in claris, *decis.135.num.8. & 9.par.7., Crescent. decis.8. num.9. fol.125.*

Ne remaneat penitùs inutilis, & sinè effectu capienda est interpretatio, *decis.134.num.3.par.7.*

Pro actus validitate præsumendum est, stante lapsu longissimi temporis, etiam quod servatæ non fuissent omnes necessariæ solemnitates, *dec.222. num.8. par.7.*

Actus, qui sunt nulli, & infesti non relevant, *decis.225. num.32. par.7.*

Ut actus substineatur quilibet præsumitur sanæ mentis, *dec.297. nu.13.par.7.*

Pro actus validitate verba in dubio sunt interpretanda, *decis.99.num.18. par.7.*

Si sit nullus ad favorem alicujus ab illo tantùm potest allegari nullitas, *decis.179. num.5.par.5. tom.1.*

Pro actus validitate, censetur quis facultate magis proficua velle uti, *dec.329. num.16. par.9. tom.2.*

Pro actus validitate stat præsumptio, donec contrarium probetur, *decis. 441. num.22. par.13., decis.340.n.8. par.15.*

Actus per se nullus, ut convalidetur, aliundè, quam per simplicem assertionem gerentis, comprobari debet, *decis.155. num.11. par.13.*

Actus substineri non potest, quandò non adsunt solemnitates à jure requisitæ, *decis.62. num.8. par.14.*

Validus reputatur, quoties non comparet, qui illum impugnet, *decis. 487. num.2. par.14.*

Perfectionem dictio pei in tempus futurum confert, *decis.346. num.4.par.14.*

De se validus, & subsistens eo magis substinetur, si Religiosorum hominum in præsentia, aut Judicis interventu celebretur, *decis.375. num.3. par.16.*

Factus coram Judice pro Tribunali sedente pro sui validitate non requirit Testes, *decis.398. num.2. & 9.par.16.*

Remanet nullus, si illius extrema reddita sunt inhabilia antè executionem illius, *decis.333. num.12. par.16.*

Factus ex capite incongruo, non substinetur ex capite congruo, *decis.24.num.6. par.16.*

Factus ab eo, qui non erat mentis compos non attenditur, *decis.25. num.10. par.16.*

Actus gestus, vel consensus præstitus à Procuratore revocato, antè intimationem, vel scientiam revocationis, remanet firmus, & validus, *decis.333. num.4. & 5.par.16.*

Pro validitate, & pro actu substinendo mi-

militat omnis præsumptio, *decis.*348. *num.*11. *par.*16.

Omnia præsumuntur pro validitate, stante præscriptione centenaria, *decis.*155. *num.*8. *par.*16., *decis.*288. *n.*6. *par.*10., *Merlin. decis.*391. *num.*5.

A muliere factus constante matrimonio, si continet magnum præjudicium ejusdem mulieris, corruit ipso jure, *decis.*214. *num.*21. *par.*16.

Apparenter validus, licèt intrinsecè nullus, revocari debet per tres sententias conformes, *decis.*297. *num.*12. *par.*17.

Validum etiam si esset invalidus facit clausula *suplentes* in gratia apposita, *decis.*190. *num.*21. *par.*6.

Remanet actus nullus ex defectu voluntatis agentis, quamvis in eo potestas existeret, *decis.*351. *n.*21. *par.*19. *tom.*1.

Nullum confirmans censetur facere novam concessionem, & ampliationem, *decis.*145. *num.*5. *par.*7.

Nullum approbans, nec habens nullitatis notitiam non dicitur validè consentire, *decis.*90. *num.*22. *par.*9. *tom.*1.

Actus à furioso, vel mente capto factus ritè, & rectè sicut à quolibet prudente valet, & tenet ex communi licèt contrarium aliqui tenuerint, quod milat in habente dilucida intervalla, *dec.*129. *num.*16. & 17. *par.*2. *divers.*

Ut valeat pro eo in dubio semper est facienda interpetratio, *decis.*675. *num.*5. *lib.*3. *par.*3. *divers.*

Pro validitate præsumitur nisi contrarium appareat, *decis.*36. *num.*10., & *decis.*647. *num.*4., & *decis.*600. *num.*4. *par.*4. *divers.*

Ut valeat actus refertur ad præsentationem validam, & canonicam, *dec.*647. *num.*5. *par.*4. *divers.*

Ex observantia subsecuta validus redditur, *decis.*274. *num.*4. *par.*4. *divers.*

Annullatio, an & quando pœna sit, distinguuntur plures casus, *decis.*693. *num.*3. & *seq. par.*1.

Ut corruat ex defectu formæ, sufficit ut in uno ea non fuerit servata, *decis.*574. *num.*36. *tom.*3. *par.*4.

Nullus est præterire filiam, & actum nullum nemo præsumitur voluisse facere, *decis.*25. *num.*1. & 2. *tom.*2. *par.*4.

Melius & validius sustineri non potest, quàm ut revocabiliter sustineatur, *decis.*463. *num.*19. *tom.*2. *par.*4.

Sine effectu dicitur nullus, *dec.*479. *num.*4. *tom.*2. *par.*4.

Ab initio nullus convalescit ex qualitate necessaria posteà superveniente, *decis.*318. *num.*45. *par.*5. *tom.*1.

Aliquis si à statuto simplicitèr prohibeatur non procedendo illum annullando si fiat, substinetur, & non obstat, *decis.*52. *num.*12. *par.*5. *tom.*1.

Habiles ad acquirendam possessionem rei legatæ, legatarius non potest exercere, si priùs de manu hæredis legatum non cœperit, *decis.*35. *num.*7. *par.*5. *tom.*1.

Adam.

Adam si habuisset filios ante peccatum, ab eo commissum filii non essent affecti peccato originali, nec ejus pœnis, *dec.*366. *num.*19. & quarè *n.*20. *par.*11.

Adaptari.

Adaptari verba debent ad ea, quæ immediatè cohærent, eisque in dubio referri, *decis.*127. *num.*32. *par.*11.

Addendi.

Addendi facultatem, qui habet non potest in totum mutare præcedentem statum, sed juxta illum continuare, *decis.*79. *num.*5., ubi idem de habente potestatem minuendi *par.*1.

Et minuendi facultas non extenditur ad totalem derogationem, & alterationem, *decis.*240. *num.*5. & 6. *par.*2.

Et minuendi reservata facultas non habet locum in iis, quæ secundum jus commune disposita sint, *decis.*240. *num.*4. *par.*2.

Additamentum.

Additamentum est ejusdem naturæ cujus est res cui adiicitur, *decis.*33. *num.*3. *de præb. in antiq.*406.

Dotis petitur actione de dote, etiamsi nullum speciale super eo intervenerit actum,

actum, *decis.* 127. *num.* 20. *par.* 17.
Pro additamento dotis bona, quandò sunt assignata de illis, prout de ipsa dote est judicandum, *decis.*271. *n.*12. *par.*13.
Pro additamento dotis bona assignata non autem tamquàm paraphernalia data fuisse ex pactis probatur, *dec.*271. *num.*17. *par.*13.

Ad habendum.

Ad habendum clausula adjecta in donatione facit eam transitoriam ad quoscunque hæredes, *Ottobon. decis.*133. *num.*16.
Et tribuit facultatem donatario ad libitum disponendi de bonis donatis, *Ottobon. decis.*255. *num.*8.
Adjecta *in donatione* facta contemplatione matrimonii indicat Personam Donatarii tantùm fuisse contemplatam, non filiorum, *Ottobon.dec.*99.*num.*9., *& decis.*255. *num.*9.
In renunciatione apposita importat perpetuam abdicationem bonorum renunciatorum, *Ottobon. decis.*10. *n.*41.
Clausula *ad habendum* restricta ad certas personas, ad alias non extenditur, *Ottobon. decis.*42. *num.*5.

Ademptio.

Ademptio dicitur facta in pœnam, *dec.*39. *num.*10. *par.*1. *diverf.*
Possessionis alicujus, ac arborum incisio, & glebarum apprehensio, non arguit necessariò bona, de quibus agitur fuisse apprehensa, *decis.*758.*num.*4.*par.*4. *diverf.*
Solum *operatur*, ut relictum non censeatur relictum, & datum non censeatur datum, *decis.*235.*num.*6.*par.*6.
Præsumitur in odium hæredis, *Bich.decis.*132. *n.*8. *&* 9., *Ottobon. dec.* 162. *num.*10. *&* 11.
Oneris ex quibus præsumatur, *Cels. decis.*231. *num.*6.
Legati particularis, extendenda non est ad ademptionem substitutionis universalis, *Ottobon. dec.*244. *num.*14.
Hæreditatis verificatur in eo, qui jam habebat ne dum proprietatem, sed casualem usumfructum ejusdem hæreditatis, *Priol. decis.*289. *num.*7.

Ademptum.

Ademptum *sub conditione*, non censetur sub contraria conditione relictum, ubi admittitur in pœnam, *decis.* 39. *num.*8. *par.*1. *diverf.*, *Bich. decis.* 61. *num.*6.
Sub conditione potestativa dicitur ademptum per viam fideicommissi, non autem conditionis casualis, *decis.* 225. *num.*10. *par.*2. *diverf.*
Sub conditione, ea deficiente non dicitur ademptum, sed concessum, *decis.*222. *num.*7. *par.*18. *tom.*1.
Sub conditione, sub contraria conditione censetur datum, *decis.* 225. *num.*2., declara, & limita *ut n.*3.*par.*2. *diverf.*

Adeptio.

Adeptio, seu traditio possessionis vigore contractus conditionalis, & ipsa conditionalis reputatur, & propter defectum conditionis dicta possessio restitui debet, *decis.* 657. *num.*14. *&* 15. *par.*3.
Beneficii secundi incompatibilis, debet esse pacifica, ad inducendam vacationem primi, *Buratt. annot. ad dec.*19. *sub num.*18.
Vide *Beneficium quoad incompatibilitatem, & quoad vacationem.*
Capta per Procuratorem, censetur, ac si esset capta per Principalem, *Buratt. decis.*67. *num.*4.
Adeptione *Parochialis* secundæ cum pacifica possessione, vacat prima litigiosa, & videtur renunciare juri suo, *Pen. decis.*1438. *num.*2.

Adæquatio.

Adæquatio, quandò est facta per verba indefinita non veniunt futura, secus si verba universalia, *dec.*55.*num.*7.*par.*2. *diverf.*
Non procedit, ubi aliquid speciali ratione fuit concessum, *dec.*17.*n.*4. *par.*15.
Quan-

Quandò fit adæquatio *unius rei* ad alteram censentur omnia rei adæquatæ communicata, *Coccin.dec.1788.n.29.*

Paria sunt non adesse, vel non apparere, *Coccin. decis.1586. num.43.*

Adhærere.

Adhærere non potest Patronus præsentationi de semetipso ab aliis Compatronis factæ, *decis.268. n.4. & 5. par.15.*

Adhoa.

Libri Adhoæ, seu taxæ Baronum pro solutione donativi Regii concurrentibus adminiculis plenè probant, etiam contra tertium, *Bich. dec.36. num.2.*

Adjectivum.

Adjectivum qualificat substantivum, *decis.278. num.21. par.6., Merlin. decis.631. num.21., decis.564. num.27. & 28., & decis.546. num.20. par.19. tom.2.*

Adjunctum substantivo, restringit substantivum, *decis.167. num.27. par.6.*

Anciquior, quandò venit, intelligendum de antiquiore in ordine ad ætatem, *decis.5. num.13. par.9. num.1.*

Senior conjunctum cum substantivo vicino, interpretandum est, secundum eamdem qualitatem vicinitatis, *dec.5. num.5. par.9. tom.1.*

Universale *tutti* recipit interpretationē à verbis antecedenter expressis, *decis.556. num.14 par.18. tom.2.*

Pars principalis dispositionis, cui adjectum est, dicitur, *Buratt.dec.481.n.3.*

Quæcunque licet fœminini generis, si adiicitur verbo Personæ, comprehendit etiam masculum ex vi nominis Personæ, cujus appellatione etiam masculi continentur, *Dunoz. jun. decis.607. num.13.*

Quicunque licet masculini generis, comprehendit etiam fœminam ex vi substantivi, *homo*, cui adiicitur, *Dunoz. jun. decis.607. num.12.*

Verbum de sui natura coarctat, & qualificando restringit suum substantivum, non autem illud ampliat, *Dunoz. jun. decis.760. num.2.*

Adjectus.

Adjectus quam actionem habeat contrà eum, qui dedit literas, quæ non fuerunt acceptatæ, *Ansald.dec.68.num.43. & 44.*

Adjectio.

Adjectio dispositionem novam importat, *Buratt. decis.689. num.6.*

Non valet, nisi inveniatur Persona, in qua obligatio consistit, *decis.741. n.3. par.1. divers.*

Qualitatis, per quam non mutatur substantia rei judicatæ, non inducit novum gravamen, *decis.100.n.28.par.1.*

Per adjectionem *specierum* institutio generalis non restringitur, quia dicitur id factum ad effectum tollendi dubitationes, *decis.64. num.22. par.13.*

Adjectio, & *subhastatio*, tamquàm relativè ad acta præcedentia ab iis interpretationem recipere debent, *decis.184. num.7. par.13.*

Non datur, nisi sit, qui petere possit, *decis.741. num.1. par.4. divers.*

Adjecto solutioni simpliciter nulla competit actio, *Comitul. decis.113. n.17., fallit* si sit adjectus in rem suam, & intentare potest utiles actiones, *ibid. num.18. & seqq.*

Additio.

Additio, vel nova qualitas adjecta, facit concessionem novam, & diversam, *decis.160. num.9. par.2. divers.*

In Instrumento apposita valida est sine approbatione Notarii, quandò non est in margine, sed in fine, & manus ipsius Notarii est, *decis.122. num.7. tom.2. par.4., Dunoz. sen. dec.218. n.6. & 7.*

Facta *in margine* scripturæ nullam falsitatem importat, *decis. 186. num. 18. par.19. tom.1., Bich. dec.549.num.10. & 11.*

Additiones, & cancellationes *in Testamento* factæ, censentur factæ de tempore confecti Testamenti, & cum con-

consensu ipsius Testatoris, *decis.*122. *num.*30. *tom.*2. *par.*4.

Dicitur *pars dispositionis*, cui additur, præsertim quandò adjungitur, ut sit una, & eadem pars dispositionis, *Buratt. decis.*481. *num.*3.

Additionis natura est, ut reguletur secundum naturam sui præexistentis, cui accedit, *Ludovis. decis.*535. *num.*19.

Additio *Cardinalis Carpensis*, quatenus ultra Provinciam, in qua Legatus erat vires suas non porrigit, contractum in Urbe celebratum comprehendere non potest, *Carill. pag.*191. *num.*4.

Additio, dum fuit reperta in corpore Inventarii, non autem in margine, tunc pro ejus veritate est præsumendum, *Ubald. decis.*736. *num.*2. & 3.

Facta in scriptura manu ejusdem Notarii de ea rogati sine alia ejusdem approbatione probant, *Panphil. dec.*714. *n.*4.

Adimplementum.

Adimplementum promissum per æquipollens potest adimpleri, *decis.*367. *n.*1. *par.*4. *divers.*, *Bich. dec.*196. *num.*14. & 21.; *Millin. decis.*116. *num.*1.

In contractu emptionis super bonis subjectis fideicommisso, per æquipollens potest præstari, & sic per subrogationem aliorum bonorum non gravatorum fideicommisso, & commutatione voluntatis Testatoris, emptori satis prospectum dicitur, & ad solutionem pretii isthinc eum teneri deciditur, *decis.*365. *num.*3. *par.*4. *divers.*

Per æquipollens præstari non dicitur, si juramentum accesserit, sed hoc procedit, quandò factum est possibile, & adimpleri potest, & promittens factum alienum ab adimplemento potest excusari per viam exceptionis, ad evitandam pœnam, *decis.*367. *num.*3. & 4. *par.*4. *divers.*

Contractus quis probare tenetur, *dec.*542. *num.*3. *par.*4. *tom.*3.

Probare tenetur, qui ad illud se obligavit, *decis.*72. *num.*1. *par.*8.

Quandò est perpetuum, non debet esse momentaneum, sed durabile, *decis.*7. *num.*4. *par.*11.

Per æquipollens sufficit etiamsi in formalibus, *decis.*492. *num.*1. *par.*14.

Per æquipollens quandò est data, & inducta forma ad certum effectum ad evitandas fraudes est sufficiens, *decis.*536. *num.*188. *par.*14.

Ab eo est probandum, cujus commodum concernit, *decis.*461. *num.*14. *par.*14.

Non probatur ex assertione adimplere debentis, *decis.*101. *num.*10. *par.*15.

Peti potest, ac insimul debetur etiam denegata rescissione contractus, *dec.*53. *num.*4. *par.*15.

Consequi non potest, nisi prius restitutis bonis suo debitori, *decis.* 53. *num.* 8. *par.*15.

Licet petere quis possit, non inde tamen potest obtinere mandatum, si aliquid de bonis sui debitoris retineat, *dec.*53. *num.*8. *par.*15.

Unicum non sufficit in iis, quæ habent tractum successivum, sed requiritur continuatum, *decis.*247. *n.*10. *par.*15.

Habetur pro facto, si quis culpa Partis fuit impeditus, *dec.*51. *num.*13. *par.*15.

In illud voluntatis Testatoris bona empta à fideicommissario efficiuntur fideicommissaria, *dec.*228. *n.*23. *par.*15.

Probare tenetur transigens, ne teneatur ad interesse, *decis.*135. *num.*7. *par.*15.

Qui non fecit tenetur etiam ad factum, *decis.*158. *num.*10. *par.*15.

Qui non fecit non dicitur habere præsumptionem boni juris, *decis.*54. *n.*8. *par.*15.

Supponit ex necessitate promissionem præcedentem, *dec.*184. *num.*2. *par.*15.

Probare tenetur, qui vult substinere transactionem eaque inniti, *decis.*135. *num.*7. *par.*15.

Debetur tàm in iis, quæ veniunt ex natura contractus, quàm in iis quæ ex pacto, & stipulatione promissa sunt, *decis.*53. *num.*2. *par.*15.

Opponi non potest, si ex parte ipsius stat, quo minus aliquod impleatur, *dec.*26. *num.*4. *par.*16.

Præsumitur secutum ex non reclamatione longissimi temporis, *dec.*134. *n.*22. *par.*17.

Et satisfactio sat est verificare per concessionem possessionis, & dominii, quam-

quamvis alias refolvibilis, *decif.* 48. *num.*8. *par.*17.

Voluntatis defuncti alteri commiffum exequutor Teftamentarius exequitur, *dec.*372. *num.*1. *& feqq. par.*18. *tom.*1.

In fola parte non fufficit, quia requiritur in totum, *decif.*387. *n.*7. *par.*18. *tom.*1.

Si præcedere debet folutionem, ante illud nondum venit dies folvendi, *decif.*77. *num.*4. *par.*18. *tom.*1.

Adimplementum conditionis eft plenè juftificandum, *Arguell. dec.*64. *num.*4., *Buratt. decif.*602. *num.*13., *decif.*14. *num.*6., *& decif.*48. *num.*11. *&* 12., *Celf. decif.*209. *num.*4.

Non fufficit femel fuiffe factum, *Zarat. decif.*35. *num.*28.

Debitoris culpa non fequutum, non debet ei commodum afferre in præjudicium alterius, *Buratt. dec.*674. *num.*6.

Agens contractu ultro citroque obligatorio debet docere de adimplemento ex parte fua, *Coccin. decif.*1884. *num.*3. limita *num.*4., *Dunoz. jun. decif.* 91. *num.* 1., *Ottobon. decif.* 131. *num.* 4. 15. *& feqq.*, *Merlin. dec.*290. *num.*6. *&* 7., *& decif.*351. *num.*4.

Cum non competat actio, nifi prius ipfe adimpleverit, *Coccin. decif.*1804. *n.*13.

Adimplementi defectus cenfetur remiffus per longam acquiefcentiam illius, ad cujus favorem erat adimplendum, *Dunoz. jun. decif.*928. *num.*9.

Tractum fucceffivum in his, quæ habent, debet effe durabile, nec fufficit momentaneum, *Celf. decif.*78. *num.*4.

Præftandi fidejuffores cenfetur remiffum, non folum fi fructus integrè perfoluti fuerint, fed etiamfi illorum portio, *Celf. decif.*156. *num.*5.

Promiffo de faciendo, quando pendet à poteftate promittentis obligationem inducit, *Celf. decif.*41. *num.*5.

Primi contraventio, tunc folum attenditur quandò plures deficiunt in adimplemento, *Celf. decif.*205. *num.*8.

Subftitutio purificatur per adimplementum conditionis, *Celf. decif.*411. *n.*1.

Ad adimplendum aliquid quandò quis non habet tempus præfixum, fufficit effe in ftatu, quo poffit illud adimplere, *Dunoz. fen. decif.*156. *num.*11.

Adimplementum habet pro fe mitiorem interpretationem, *Rembold. dec.*428. *num.*10.

Pro adimplemento *contractus*, facienda eft interpretatio, quandò agitur de evitanda pœna, *Rembold. decif.* 428. *num.*5.

Adimplementum *fufficit* probari per æquipollens, *Rembold. dec.*450. *num.*4.

Debet præftari ex facto, non autem ex patientia, quandò agitur de paritione, *Rembold. decif.*466. *num.*2.

Non docto de adimplemento Inftrumentum, in quo aliquid eft implendum non poteft exequi, *Rembold. dec.*584. *num.*2. *&* 3., *Duran. decif.*270. *n.*12.

Agens pro adimplemento contractus vigore licentiæ, neceffario acceptat licentiam, *Millin. decif.*116. *num.*6.

Adimplementum *in parte* non extinguit legatum, *Millin. decif.*249. *num.*8., intellige *ut num.*9.

Adimplementum *per æquipollens*, non habet locum, quandò forma præfcripta tendit ad executionem fraudis, *Millin. decif.*327. *num.*16.

Ex longæva obfervantia præfumitur, *decif.*472. *num.*44. *par.*19. *tom.*2.

Solùm poteft prætendi ab Ecclefia inftituta cum onere aliquid faciendi, non autem, quod fufpendatur hæreditatis acquifitio, *decif.*62. *num.*10. *& feqq. par.*18. *tom.*1.

Piæ difpofitionis, fi fuerit confcientiæ hæredis commiffum, reliquum liberè eis donando, nil amplius ab illis quærendum eft, *decif.*157. *num.* 4. 7. *& feqq. par.*18. *tom.*1.

Injunctum poft quæfitum emolumentum dicitur adjectum per viam modi, licet per viam conditionis fuerit expreffum, *decif.*423. *num.*27. *par.*18. *tom.*2.

Qui petit contractui ftare velle declarat, *decif.*657. *num.*22. *par.*18. *tom.*2.

Adimplementi defectus confiderari non poteft ubi non adeft requifitio, *dec.*86. *num.*8. *par.*4. *tom.*2.

Loco fuccedit actio pro intereffe in obligationibus facti, *decif.*64. *n.*11. *par.*7.

Exceptio repellit agentem a limine judicii, *decif.*7. *num.*1. *par.*11.

Exceptio non datur in capitulis feparatis etiamfi

etiamsi agatur in eodem contractu, *decis.184.num.5.par.15.*

Exceptio non attenditur, si appareat omnia ad formam Instrumenti fuisse expleta, *decis.314. num.4. par.15.*

Obligatio cessat, cessante obligatione, *decis.184.num.2.par.15.*

Exceptio cessat, cessante promissione, *decis.16. num.4. par.15.*

Exceptio non potest opponi ab eo, qui ex parte sua prius adimplere tenebatur, *decis.26. num.2.par.16.*

Defectus non opponitur, si creditor solutionem oblatam recusavit recipere, *decis.44. num.20.par.17.*

Defectus non potest adscribi in culpa donatarii, si donator, & fructus exigit, & possidere continuavit, *dec.423. num.25.par.18.tom.2.*

Principium non sufficit, nisi etiam ulterius prosequatur ad perfectionem illius, quod quis facere tenetur, *dec.393. num.5.par.19.*

Pro adimplemento alterius, quoties quid venit, non agitur ex implente, & ex impleto, *decis.320. num.30.par.10.*

In eo deficere non dicitur, qui non debet, *decis.186. num.13.par.11., Cels. decis.28. num.3.*

Pro illo omnium in Instrumento contentorum, vigore obligationis Cameralis in eo appositæ, via executiva competit, *decis.223. num.1.par.11.*

Ex eo successio effectum sumit, *decis.98. num.12.par.13.*

In eo attenditur ille, qui primo non adimplevit, & primam moram contraxit, *decis.387. num.12.par.18. tom.1.*

Non facto pro eo relaxatur mandatum, *decis.501. num.1.par.18. tom.2.*

Promisso non secuto, pro eo agi potest, ac etiam damna, & interesse prætendi, *decis.600. num.8. par.18.tom.2., Ottobon. decis.236.num.14.*

Adimplementum conditionis præsumitur ex lapsu longissimi temporis, *Bich. dec.63. n.18.*, præsertim quandò concurrit promissio adimplendi, *ibid.n.19.*

In conditionibus voluntariis requiritur in forma specifica, non tamen admittitur extensio de casu ad casum, *Bich. decis.196. num.23.*

Sequi debet post contractum, & impossibile est, ut eodem momento oriatur promissio, & mora, *Bich.dec.341. n.8.*

Non adimplementum.

Non adimplementum: ob illud contractus ipso jure resolvitur; quando adest pactum resolutivum, *decis.199. num.11. par.6.*

Ob prædictum incursa caducitas censetur remissa ex multiplicatis receptionibus, *decis.25. num.7.par.6.*

Opponere non valet, qui ex parte sua non adimplevit, *decis.16.num.10.par.15.*

Excusatur propter defectum infirmitatis, *decis.103. num.57.par.15.*

Objicere, & eodem tempore allegare nullitatem contractus incompatibile est, *decis.289. num.27.par.18. tom.1.*

Probari debet plenè & concludentèr ubi agitur de privatione hæreditatis acquisitæ non autem acquirendæ, *decis.156. num.1. par.18.tom.1.*

Tribuit solùm actiones ad interesse, non autem operatur rescissionem contractus, *decis.289. num.28.par.18. tom.1.*

Secutum quatenùs allegare potiùs, vel probare teneatur, qui in eo tantùm casu fuit à testatore vocatus, *decis.62. num.3. & seq. par.18. tom.1.*

Non adimplementi exceptio nullatenùs admitti debet, quando excipiens nullum passus est damnum, *dec.85. nu.10. par.4.tom.2.& dec.26. num.6. par.16., Arg. decis.91. nu.41., Duran.dec.286. num.6.*

Exceptio non potest ab eo opponi, qui aliquid priùs adimplere debet, *dec.90. num.13. par.4. tom.2.*

Exceptio in uno casu minimè impedit alium, & diversum casum ab illo, *decis.207. num.9. par.5. tom.1.*

Exceptio etiam in minimò verificatur, *decis.215. num.4. par.5. tom.1.*

Exceptio non admittitur in judicio summariissimo manutentionis, *decis.601. num.29.30.& 31. par.5. tom.2.*

Exceptione quis non potest juvari, dum ipse priùs adimplere debebat, & defecit, *decis.109. num.3. par.7., Cels. decis.205. num.7.*

Exceptio dicitur opposita ipso jure, *decis.*230. *num.*8. *par.*15.

Exceptionem Judex potest, & tenetur supplere, *decis.*230. *num.*6. & 7. *par.*15.

Exceptio non admittitur in Capitulis separatis, etiam in eodem contractu, *decis.*16. *num.*9. *par.*15., *Cels. dec.*28. *n.*9.

Exceptio solum operatur circà idem caput instrumenti vel connexi; secùs autem in Capitulo omninò diverso, & separato, *decis.*26. *num.*7. *par.*16.

Exceptio suffragatur Reo ad exclusionem actoris, *decis.*26. *num.*1. *par.*16.

Exceptio turbida non retardat executionem obligationis Cameralis, *dec.*266. *num.*11. *par.*18. *tom.*1.

Defectus non resolvit donationem, sed tantùm tribuit actionem ad illud, *decis.*423. *num.*26. *par.*18. *tom.*2.

De non adimplemento dari non potest, quandò contractus in re minima non fuit adimpletus, *dec.*35. *num.*21. amplia *ut num.*12. *par.*7.

Excipiens debet illud concludentèr probare, *decis.*35. *num.*10. *par.*7., *Bich. decis.*156. *num.*23.

Excipiens non auditur, si defectus ex illius culpa proveniat, *dec.*26. *n.*3. *par.*16.

Exceptio non implementi opponi nequit si omnia promissa apparent per æquipollens servata, *Bich. dec.*156. *nu.*29., *Arguell. decis.*91. *num.*45.

Non cessat, quod quis prætendat evincere bona ex alia causa, sed potiùs probat illius contraventionem, *Cels. decis.*78. *num.*2.

Exceptio turbida non retardat obligationem Cameralem, *Cels. decis.*28. *nu.*15.

In adimplemento, quandò plures deficiunt, tunc attenditur solum contraventio primi, *Cels. decis.*205. *num.*8.

Exceptio non implementi, nunquàm censetur remissa, aut rejecta, *Duran. decis.*400. *num.*6.

Exceptio non implementi, quæ obstat defuncto, paritèr, & hæredi obstat, *Duran. decis.*339. *num.*3.

Exceptio non adimplementi respectu unius Capituli, non retardat executionem, quoad alia capitula separata contenta in eodem contractu, *Bich. decis.*391. *num.*16.

De non adimplemento excipere nequit, qui nullum habet interesse, *dec.*136. *n.*36. & *decis.*156. *num.*16. *coràm Bich.*

De non adimplemento excipiens, nō sufficit allegare possibile, *Bich. dec.*156. *n.*22.

Adimpleta non dicitur promissio, si effectus rei promissæ manet sub dominio, & possessione alterius, *Bich. decis.*500. *num.*15.

Defectus adimplementi, debet concludenter probari, *Coccin. dec.*2125. *num.*10.

Ob non adimplementum, quis non potest redire ad primæva jura, dum contractus est nominatus, sed agendum est, ut adimpleatur, *Coccin. dec.*1646. *num.*3.

Non adimplens non est audiendus, *Coccin. decis.*1346. *num.*25., *Duran. decis.*400. *num.*2. & *decis.*270. *num.*6. 7. 9. & 12.

Præstando interesse dicitur adimplevisse, dum non adimplevit, *Coccin. dec.*198. *num.*5. & 6.

Exceptio *non adimplementi* opponi nequit ab eo, qui jam acquievit contractui, *Cels. decis.*28. *num.*10.

Obstat ei, qui promissa non servavit, *Cels. decis.*330. *num.*6.

Operatur tantummodò respectu illius, qui tenetur adimplere, non autem respectu aliorum, *Cels. decis.*28. *num.*5.

Defectus non potest opponi ab eo, qui contractum approbavit, & vigore illius pecunias exegit, *Cels. dec.*321. *n.*9.

Nec ab eo, qui habuit legitimum impedimentum, & justam causam non adimplendi, *Cels. decis.*321. *num.*9.

Adimplens, & adimplere.

Adimplens contractum pro parte sua, cogere potest alium contrahentem ad adimplendum, quod ipse adimplere tenetur, *Rot. decis.*611. *num.*2. *par.*3.

Obligationem suam ad nihil amplius tenetur nec potest aliqua exceptione à judicio repelli, *decis.*619. *n.*16. *par.*18. *tom.*2.

Obligationem alterius utile negotium dicitur gessisse pro illo, *decis.*704. *num.*9. & *seq. par.*18. *tom.*2.

Non adimplens contractum non potest ex illo reportare commodum, *decis.*378. *num.*23. & *decis.* 333. *num.* 7. *par.* 18. *tom.*1.

*tom.*1., *Bich. decis.*341. *num.*2., *Cels. decis.*99. *num.*3.

Non adimplens contractum, & suam obligationem tenetur ad damna, & interesse, *decis.*632. *num.*1. *par.*18. *tom.*2., *Buratt. decis.* 913. *num.* 1. *decis.* 266. *num.*2. & *decis.*896. *num.*1.

Adimplendi impossibilitas excusat tantum à pœna, & à damno, nō autem prodest ad agendum, *decis.*493. declara, ut *n.*3. *par.*1., *Buratt. decis.*5. *n.*15. 16. & 18.

Onus personalitèr conceptum venditori potiùs, quàm emptori censetur impositum, *decis.*134. *num.*22. *par.*17.

Non adimplendi justam habet causam, cui intentatum est judicium nullitatis contractus, *dec.*289. *num.*27. *par.*18. *tom.*1.

Ad adimplendum aliquid quandò quis non habet tempus præfixum, sufficit adesse in statu, quo possit illud adimpleri, *dec.*6. *num.*11. *par.*4. *tom.*2.

In adimplendo promissa, si quis sit contumax, non est audiendus, *dec.*178. *nu.*2. *par.*4. *tom.*2.

Pro adimplenda voluntate Testatoris hæres operans quantum potest, dum per eum non stat, non privandus est hæreditate, *decis.*158. *num.*8. *par.*13.

Adimplere dicitur quis, quando fecit quid. quid potuit, *decis.*567. *num.*1. & 2., ubi ampliatur conclusio *par.* 1. & per ipsum non stetit quin adimpleretur, *decis.*142. *num.*2. *par.*2.

Quis aliquid non tenetur, nisi præcedat requisitio, *decis.*85. *num.*7. *par.*4. *tom.*2.

Aliquid si quis contrahenti promittat, ac cum juramento se obliget, dum id non adimplet non est audiendus, *decis.*344. *num.*25. *par.*4. *tom.*2.

Aliquid promittens, si id non faciat, succedit obligatio ad damna, & interesse; idque multo magis procedit, quando expresse fuerunt promissa, & interesse, *decis.*85. *num.*1. & 2. *par.*4. *tom.*2.

Quis tenetur promissa, *decis.*258. *num.*1. *par.*4. *tom.*2.

Aliquid non valens ex facto Adversarii id ei non est imputandum, *decis.* 168. *num.*6. 7. & 9. *par.*4. *tom.*2.

Quandoquis aliquid tenetur post obitum alicujus sufficit, quod illi obitus fuerit denunciatus, *dec.*542. *n.*9. *par.*4. *tom.*3.

Aliquid contrahens si promittat, non potest ex dicto contractu agere, nisi doceat pro parte sua omnia adimplevisse, *decis.*215. *num.*1. *par.*5. *tom.*1.

In totum tenetur hæres disposita per Testatorem, stante opulentia hæreditatis, *decis.*484. *num.*14. *par.*5. *tom.*2.

Satis dicitur velle hæres id, quod præcedit Testator, si petat immissionem juxta formam, & tenorem testamenti, *decis.*140. *num.*3. *par.*6.

Non sufficit promissa semel, si habeat tractum successivum, sed perseverantia est necessaria, *decis.*7. *num.*4. *par.*11.

Tenetur emptor ex parte sui antequam agere possit ex empto, *decis.*230. *nu.*1. & *seq. par.*15., *Cels. decis.*150. *num.*10.

Qui aliquid tenetur, sufficit, quod elegerit Personam idoneam, *decis.* 104. *num.*7. *par.*15.

Unusquisque tenetur obligationem suam, *decis.*387. *nu.*1. & *seq. par.*18. *tom.*1., *Cels. decis.*150. *num.*10.

Qui ex sua parte non curavit, non potest alteri opponere exceptionem non adimplementi, *decis.*387. *n.*11. *par.*18. *tom.*1.

Adimplevisse non dicitur, qui in tempore non adimplevit, *decis.*131. *nu.*6. *par.*5. *tom.*1.

Non adimpletum pactum habetur, pro non adjecto, *dec.*402. *n.*5. & 6. *par.*14.

Adimplere transactionem non dicitur, qui actum transactioni contrarium facit, *Bich. decis.*541. *num.*8.

Et qui tradit rem intricatam, quandò liberam promisit; & contrà eum agi potest, ut liberet, vel ad interesse, *Bich. decis.*541. *num.*17. & 18.

Adimplere alterum non sufficit in conjunctis, *Bich. decis.*234. *num.*33.

Adimpleri potest etiam judicio pendente, *decis.*391. *num.*24. *coràm Bich.*

Adimplevisse non dicitur, qui consensit cum clausulis impertinentibus, *Bich. decis.*500. *num.*7.

Mora in adimplendo si non attulit præjudicium pacti, non est habenda in consideratione, *Cels. decis.*99. *num.*4.

Contractum societatis non adimplens, non potest ex ea percipere lucrum, *Cels. decis.*156. *num.*2.

Adim-

Adimpleri potest per æquipollens, ubi sequitur idem effectus, *Manzaned. decis.* 886. *num.* 12.

Res desinens esse integra, ex quo altera ex Partibus cœpit pro ejus parte adimplere, altera Pars damnum sentire non debet, *Manzaned. decis.* 73. *num.* 5. *&* 6.

Adimplere, qui tenetur aliquid, sufficit si semel fecerit, licèt posteà factum non permaneat, *Pen. decis.* 1307. *num.* 6.

Adimplere onus absolute tenetur donatarius acceptans donationem sibi factam, nec valet commodum percipere, & onus rejicere, *Rembold. dec.* 611. *num.* 7.

Adipiscendæ.

Adipiscendæ *possessorium* habet admixtam causam proprietatis in beneficialibus, *Pen. decis.* 995. *num.* 5.

Adipiscendæ remedium.

Adipiscendæ remedium habet annexam causam proprietatis, & requirit titulum, *decis.* 713. *num.* 4. *lib.* 3. *par.* 3. *diversor.*

Datur habenti investituram super bonis, in quibus possessionem non habuit, *decis.* 266. *num.* 9. *par.* 12.

Adire.

Adire hæreditatem dicitur, qui solvit debita hæreditaria, *decis.* 638. *n.* 5. *par.* 2.

Hæreditatem *aliquandò dicitur* per instrumentum transactionis, *decis.* 649. *num.* 2. *par.* 3.

Hæreditatem *quis ampliùs nequit*, si eam semel repudiaverit, *decis.* 442. *num.* 17. *par.* 5. *tom.* 2.

Volens hæreditatem, quid scire debeat, *decis.* 418. *num.* 11. *par.* 5. *tom.* 2.

Hæreditatem *hæres censetur*, si illam donet, vel cedat, vel jus sibi super hæreditate det, *decis.* 74. *num.* 8. *par.* 7.

Hæreditatem *dicitur hæres* promittendo creditoribus hæreditariis solvere credita, *decis.* 363. *num.* 33. *par.* 9. *tom.* 2.

Hæreditatem *hæres*, *ut possit* certus esse debet ex qua causa, & sub quibus conditionibus hæres fuerit institutus, *decis.* 274. *num.* 1. *par.* 13.

Mulier non potest hæreditatem absque solemnitatibus ad obligandum mulieres, & minores necessarias, *decis.* 25. *num.* 13. *par.* 11.

Hæreditatem pro filio extrà casum infantiæ Pater minimè potest, *dec.* 35. *num.* 4. *par.* 16.

Adiri potest hæreditas intrà spatium 30. annorum, *decis.* 766. *num.* 3. *par.* 2.

Ampliùs *non potest* hæreditas, si semel adita sit, *dec.* 417. *num.* 2. *par.* 5. *tom.* 2., *&* *decis.* 423. *num.* 10. *par.* 13.

Quod potuerit hæreditas ex secundo testamento requiritur, ut ex illo, quòd primùm revocatum remaneat, *dec.* 148. *num.* 9. *&* *seqq. par.* 17.

Adiens hæreditatem sub conditione, si aliquid in hæreditate est non repudiat, *decis.* 638. *num.* 3. *par.* 2.

Adeundo absque inventario hæres non potest venire contrà factum defuncti, *decis.* 220. *num.* 1. *par.* 13.

Hæres hæreditatem *censetur* acceptasse omnia ordinata à Testatore; itaque contrarium non potest disponere, *decis.* 419. *num.* 3. *par.* 13.

Adiri nequit hęreditas alteri delata, *Bich. decis.* 6. *num.* 32.

Adire hæreditatem dicitur, qui dat mandatum ad adeundum, *Cavaler. dec.* 244. *num.* 2.

Adire hæreditatem *potest* institutus hęres in vita sua, *Cavaler. decis.* 106. *num.* 5.

Adivisse non præsumitur, qui ponit fructus ad creditum alterius, *Cavaler. decis.* 431. *num.* 6.

Adeundi jus præscribitur 30. annis; in Ecclesia verò 40, *Cavaler. decis.* 346. *num.* 2.

Adeundi tempus est 30. annorum, vel perpetuum, *Cavaler. decis.* 505. *num.* 11.

Jus adeundi non transmittitur, nisi fuerit agnitum à Defuncto, *Dunoz. jun. decis.* 630. *num.* 10.

Adeundi jus non est in bonis nostris, *Cels. decis.* 105. *num.* 10.

Adeundo hæreditatem *hæres* dicitur, quasi contrahere cum creditoribus, *Pen. decis.* 723. *num.* 5.

Adi-

Aditio.

1 *Aditio hæreditatis in genere.*
2 *Ex quibus resultare dicatur.*

1 Aditio hæreditatis in genere.

Aditio hæreditatis *solo animo* fit, etiam quòd nihil hæreditarium attingatur, *decis.* 362. *num.* 3. *par.* 1. *divers.*, *Coccin. dec.* 1506. *num.* 10. *&* 2197. *n.* 31., *Panphil. decis.* 574. *num.* 5. *& seqq.*

Ab Instituto in re certa non poteſt fieri ſine præcedente repudiatione hæredis univerſalis, *decis.* 800. *n.* 9. *par.* 1. *divers.*

Præsumitur solemnitèr facta ex curſu longiſſimi temporis, *decis.* 800. *num.* 8. *par.* 1. *divers.*

Sicuti de facili *præsumitur*, quandò hæreditas eſt lucroſa, ità repudiatio, quandò eſt damnoſa, *dec.* 800. *num.* 7. *par.* 1. *divers.*

Doceri non poteſt, ſi in actis non producatur, *dec.* 665. *n.* 2. *lib.* 3. *par.* 3. *divers.*

Si de jure eſt nulla in gratiæ impetratione non eſt neceſſe de illa fieri mentio, *decis.* 313. *num.* 4. *lib.* 3. *par.* 3. *divers.*

Aditio hæreditatis creditoris, facta per debitorem, operatur extinctionem crediti pro rata, pro qua debitor eſt hæres, *decis.* 450. *num.* 2. *par.* 2.

Cum beneficio legis, & inventarii operatur, ut non confundantur actiones, *decis.* 524. *num.* 2. *par.* 2., *Bich. dec.* 58. *num.* 17., *Coccin. decis.* 1589. *num.* 1., *& decis.* 1482. *num.* 5.

Non præsumitur, ideò probanda eſt, *decis.* 199. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 1., *dec.* 434. *num.* 2. *par.* 5. *tom.* 2., *Bich. decis.* 292. *num.* 12., *Cavaler. decis.* 271. *num.* 4., *decis.* 325. *num.* 1., *decis.* 431. *num.* 1., *& dec.* 452. *num.* 1., *Coccin. dec.* 1756. *num.* 18., *& decis.* 318. *num.* 1. *ad* 6., *Cels. decis.* 410. *num.* 1., *decis.* 129. *n.* 1. *&* 7., *Peutinger. decis.* 306. *num.* 3., *Mantic. decis.* 198. *num.* 5.

Hæreditatis *ab inteſtato delatæ* faciliùs admittitur, *decis.* 32. *num.* 6. *par.* 2.

Aditio *ſub conditione* facta non eſt aditio, *decis.* 638. *num.* 4. *par.* 2.

Non cenſetur inducta per renunciationem, *decis.* 649. *num.* 2. *par.* 3.

Dicitur tantùm facultas quoad ipſum actum aditionis, *decis.* 341. *n.* 3. *tom.* 2. *par.* 4.

Facta intuitu diverſorum inſtrumentorum valet, quandò hæres certus eſt, quòd ex uno poteſt eſſe hæres, *dec.* 674. *num.* 1. *tom.* 3. *par.* 4.

Aditio eſt quaſi contractus, *dec.* 418. *n.* 14. *par.* 5. *tom.* 2.

Si ſit facta ſine beneficio legis, & inventarii cenſetur hæres contraxiſſe cum legatariis, hoc eſt ſolutionem legatorum in ſe ſuſcepiſſe videtur, ideò actio perſonalis datur contrà eum, *decis.* 438. *num.* 4. *&* 5. *par.* 5. *tom.* 2., *decis.* 97. *num.* 16. *par.* 16., *Coccin. decis.* 1409. *num.* 16.

Non cadit in ſubſtitutione fideicommiſſaria, *decis.* 417. *num.* 14. *par.* 5. *tom.* 2.

Nec in filio præſumitur cum habeat beneficium ſe abſtinendi, & ideò aditio probari debet, *decis.* 96. *num.* 4. *par.* 6.

Cum ſit quid facti non præſumitur, *decis.* 141. *num.* 2. *par.* 10., & maximè in tranſverſalibus, *decis.* 96. *num.* 3. *par.* 6.

Fieri non poteſt à Tutore, qui ſolemnia non adimplevit, *decis.* 64. *n.* 7. *par.* 8.

Aditio dividentium æquipollet expreſſæ renunciationi, *decis.* 240. *n.* 32. *par.* 9. *tom.* 1.

Quæ præſumitur facta à Patre nomine filiorum retinendo bona Uxoris, intelligitur facta nomine maſculorum, & non fœminarum, ſtante Statuto illarum excluſivo, *decis.* 329. *n.* 14. *par.* 10.

Quandò aditio proceſſit ex cauſa erronea, perindè eſt, ac ſi non eſſet facta, *decis.* 522. *num.* 2. *par.* 13.

Inducitur dùm hæres erat debitor hæreditatis, & per multum tempus debitum nullatenùs ſolvit, *decis.* 251. *num.* 6. *par.* 13.

Aditionis hæreditatis *materia* dicitur dividua, *decis.* 132. *num.* 4. *&* 5., declara, ut *num.* 6. *par.* 2.

Titulus præſumitur in eo, qui hæreditatem, aut hæreditarias res cedit, aut donat, *decis.* 265. *num.* 4. *&* 5. *par.* 3.

Aditionis actum, qui facit, cenſetur, ſe voluiſſe obligare legibus de illo actu loquentibus, *decis.* 4. *num.* 24. *par.* 5. *tom.* 1.

Adi-

Aditionis tempore, quandò hæres gravatus est creditor defuncti, in ipso actu aditionis hæreditatis, ipso jure, & absque ministerio Judicis bona defuncti efficiuntur bona hæredis propria, *decis.96. num.*10. *&* 11. *par.*12.

Aditionis tempus, vel fideicommissi ad probandum valorem domus attendi non debet, *decis.262. num.*12. *par.*13.

Aditionis beneficium per viam restitutionis in integrum filiis solùm intrà triennium, à lege conceditur, *decis.*232. *num.*18. *par.*13.

Aditionis præsumptio non cadit in hæreditate materna, *decis.*423. *n.*10. *par.*13.

Aditionem hæreditatis, cum lex permittat, istud est jus, non autem simplicitèr facultas, *decis.* 341. *num.*2. *par.*4. *tom.* 2.

Adversùs eam minor restituitur in integrum, probata minoritate, & læsione, *decis.*92. *num.*1. *par.*4. *tom.*2.

Per eam non approbatur factum defuncti in his, quæ disposuit de bonis hæredis, quandò fuit facta cum beneficio legis, & inventarii, *decis.*155. *num.*9. *par.*4. *tom.*2.

Non contrahitur per aditionem *obligatio* personalis ultrà vires hæreditarias, *decis.*2. *num.*19. *par.*6.

Aditio hæreditatis facta *à Tutoribus infantis* sine beneficio legis, & inventarii, & absque solemnitatibus necessariis est nulla, *decis.*475. *n.*46. *par.*19. *tom.*2.

Vide *Hæreditatis aditio*.

In aditione hæreditatis cum beneficio legis, & inventarii facta *per mulierem Tutricem*, non requiruntur solemnitates statutariæ, *Benincas.decis.*388. *n.*4.

Nec etiam in subsequenti rerum hæreditariarum descriptione, *ibid. num.*5.

Terminum aditionis hæreditatis *Patrio Statuto præscribente*, Clericus non subest, *Benincas. decis.*312. *num.*5.

Non potest fieri sine *speciali mandato* à Procuratore, *Cels. decis.*129. *num.*4.

Aditio *non est necessaria* in legato, quòd rectà via transit in legatarium, ut debeantur fructus, *Pen. decis.*920. *num.*6.

Consistit in animo adeuntis, *Pen. decis.*1640. *num.*2.

Damnosæ hæreditatis, eo minùs præsumitur, *Priol. decis.*90. *num.*10.

Minùsque resultat ex actibus æquivocis, *Priol. decis.*158. *num.*12.

Aditio habetur pro non facta, evicta hæreditate, *Duran. decis.*347. *num.*16., *&* *decis.*348. *num.*12.

Nulla est, quæ facta fuit ex falsa causa, *Duran. decis.*347. *num.*15.

Nulla si est, inventarium quoque nullum reputatur, *Duran. decis.*387. *num.*34. contrarium *num.*38. *& seqq.*

Præsumitur ab hærede facta ex quovis capite sibi competens, si ipse simplicitèr adivit, *Duran. decis.*387. *n.*35.

Hæreditas per aditionem efficitur patrimonium hæredis, *Duran. decis.* 270. *num.* 18.

Aditio est nulla, si hæres, dùm adit non sit certus, an adeat ex testamento, vel ab intestato, *Duran. decis.*387. *n.*33.

Aditio fieri potest cum præservativa jurium, *Duran. decis.*387. *num.*36.

Impugnans aditionem hæredis, non potest illam approbare, *Duran. dec.*347. *num.* 14.

Non inducitur aditio hæreditatis, quæ præjudicet, *Coccin. decis.*701. *num.*3., *&* *decis.*1836. *num.*13. *&* 33.

Descriptione bonorum, non inducitur aditio, quandò fuerunt præservata jura, *Coccin. decis.*711. *num.*2.

Donatio supponit aditionem hæreditatis, illamque inducit, *Coccin. decis.* 711. *num.* 2.

Excluditur ex repudiatione illius, *Coccin. decis.*674. *num.*1. *&* 3.

Facta non potest in dubium revocari per verba in fine posita ibi: *recepisse jus, ac privilegium hæreditatem, aut acceptandi, aut refutandi*, *decis.*969. *num.*1., *&* *decis.*1098. *num.*3.

Filius dùm agit intrat dictum, *filius, ergò hæres Patris*, *Coccin. decis.*2197. *n.*28.

In filio debet probari, dùm fuit Conventus, uti hæres Patris, *Coccin. dec.*2197. *num.*29., *&* *decis.*647. *num.*2.

Fit aditio quatuor actibus positivis, qui sunt *acquisitivus*, *translativus*, *possessorius*, *&* *expressio verbalis*, *Coccin. decis.*1506. *num.*9., *decis.*2197. *num.*30., *&* *decis.*1098. *num.*2.

Gesta solemnitèr præsumitur, dùm intervenit decretum Judicis, *Coccin. dec.* 1170. *num.* 12.

Hæres videtur consentire in id, quòd defunctus voluit adita hæreditate, *Coccin. decis.* 607. *num.* 3.

Inventarii consignatione facta Notario, in qua ille, qui consignavit, dixit se accipere jus, & privilegium ipsam hæreditatem, aut acceptandi, aut refutandi non probatur, *Coccin. decis.* 969. *num.* 1.

Jus, & non facultas appellatur potentia adeundi hæreditatem, *Coccin. dec.* 1344. *num.* 1. & 3.

Speciale mandatum requiritur ad adeundum, *Coccin. dec.* 647. *num.* 13.

Mandatum datum à fratre ad adeundam hæreditatem fratris sibi delatam uti fratri, & proximiori, non dicitur restrictum ad adeundum ab intestato, *Coccin. decis.* 1863. *num.* 25.

Aditio non est necessaria in hærede suo, *Coccin. decis.* 1653. *num.* 9., *contrarium num.* 10.

Non præjudicat, dùm illi fuit renunciatum intrà legitima tempora restitutionis in integrum, *Coccin. decis.* 1799. *num.* 19.

Non valet sub conditione, si valet testamentum, ideò ex Testamento, si non valet Testamentum, ideò ab intestato, *Coccin. decis.* 1863. *num.* 23.

Opulentæ in aditione hæreditatis non requiruntur solemnitates statutariæ, *Coccin. decis.* 1358. *num.* 20.

In filio non est necessaria, *Dunoz. dec.* 167. *num.* 2., & in isto præsumitur, si tamquàm filius, & hæres contraxit, promisit solvere debita paterna, retineat bona hæreditaria, *Dunoz. jun. dec.* 120. *num.* 4. 5. & 8., & *decis.* 106. *num.* 3., & si fuerit constitutus Procurator ad adeundum, & si quis uti hæres se gessit, *Dunoz. jun. decis.* 709. *num.* 6., & *decis.* 838. *num.* 4.

Adeundo filius non censetur acceptare prohibitionem legitimæ contentam in Testamento, *Dunoz. jun. decis.* 99. *num.* 5., quidquid sit, quandò filius fuit institutus in majori quantitate, quàm importet legitima, *ibid. num.* 3.

Per filium potest adiri infrà terminum 30. annorum, *Dunoz. jun. decis.* 120. *num* 6.

Aditione actiones confunduntur, *Cels. decis.* 335. *num.* 10.

Vide *Actio quoad confusionem*.

Ex aditione in divisione facta inter primos hæredes probatur bona fuisse in bonis fideicommitentis, *Cels. decis.* 267. *num.* 5.

Sine solemnitatibus non potest fieri *à minore*, *Cels. decis.* 129. *num.* 4.

Ante aditionem hæres non dicitur hæres, nec ulla jura ad eum, nec contrà eum transeunt, *decis.* 413. *num.* 51. *par.* 9. *tom.* 2.

Aditio probat possessionem bonorum paternorum in filio, *decis.* 73. *num.* 15. *par.* 11.

Non inducit mandatum generale, dum ad adeundam certam hæreditatem constituenti delatam speciale requiritur, *decis.* 274. *num.* 4. *par.* 13.

Per aditionem instituti, substitutio vulgaris expirat, *decis.* 465. *num.* 4. *par.* 14.

Per eam inter hæredem, & defunctum confunduntur actiones, *decis.* 11, *n.* 8. *par.* 16., & bona ejusdem non censentur amplius hæreditaria, sed adeuntis, *decis.* 335. *num.* 2. *par.* 17., & *decis.* 4. *num.* 34. & 35. *par.* 5. *tom.* 1.

Aditionem nemo præsumitur fecisse jure fideicommissi, si illam adire poterat tamquam liberam, *decis.* 93. *num.* 12. *par.* 18. *tom.* 1.

Aditione hæreditatis ex eo quod minor sit læsus, propter multa apparet, *dec.* 92. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 2.

De ea ex acceptatione cum Judicis decreto dubitari non potest, *decis.* 474. *num.* 2. *par.* 5 *tom.* 2.

Aditione stante, repudiatio, seu renunciatio posteà facta nihil prodest, *decis.* 474. *num.* 3. *par.* 5. *tom.* 2.

Aditione non habet opus suus hæres, *decis.* 540. *num.* 4. *par.* 5. *tom.* 1.

Aditione erronee facta *à Monasterio* non obstante, eamdem absque Sedis Apostolicæ consensu, benè potuit filia renunciare, cum non fuerit jus aliquod Monasterio quæsitum, *dec.* 22. *num.* 10. *par.* 13.

Hæres

Hæres aditione bona sibi dicitur appropriare, *decis.86. num.3. par.15.*

In aditione requiritur consensus ipsius adire volentis, *decis.35. num.4.par.16.*

Actum aditionis faciens, præsumitur, se voluisse obligare legibus de illo actu loquentibus etiam quod ignoret, *Coccin. decis.1623. num.19.*

Cessio, *&* *donatio* supponit aditionem, & illam inducit, *Coccin. dec.711. n.2.*

Cessione, *&* *renunciatione* inducta est momentanea, quandò non fit, nisi ad finem renunciandi, non autem acquirendi, *Coccin. decis.711. num.3.*

Hæreditatis paternæ facta à fratre, etiam nomine sororum, stante Statuto exclusivo fœminarum, & diversitate patrimonii, non potest verificari in bonis intra Territorium, *decis.146. num.9. 12. & 14. par.10.*

Ut validè fieri possit à matre nomine filiorum, tamquam Tutrice, & Curatrice, non debet fieri contra dispositionem Textus, *decis. 272. num. 23. par.10.*

Cum beneficio legis, & inventarii convenit soli hæredi, *decis.49. n.29.par.12.*

Tempore indebito facta, ex superveniente potestate non confirmatur, *dec.274. num.16. par.13.*

Sub erroneo supposito facta ob defectum consensus, perindè se habet, ac si facta non fuisset, *dec.303. n.19. par.13.*

Facta à Procuratore non substinetur, quandò eamdem contra formam mandati absque beneficio legis, & inventarii adivit, *decis.274. num.8. par.13.*

In causa erronea, & insubsistenti fundata non potest subsistere, *decis.22. num.9. par.13.*

Titulo insubsistenti, & erronee facta substineri non potest, *decis.214. num.16. par.13.*

Debet aditio esse clara, ad hoc ut hæreditas adita dici possit de bonis debitoris, *decis.423. num.14. par.13.*

Statim quod quis mandat de adeundo regulariter inducitur, *decis.274.num.12. par.13.*

Supposita notitia Testamenti, benè inducit illius approbationem, *dec.213.n.2. par.14.*

Aditio importat hypothecam, *decis.222. num.42. par.15.*

Importat quasi contractum cum creditoribus, & legatariis, *dec.222. num.42. par.15.*

Provenit à jure civili, *decis.11. num.25. par.16.*

Est actus qui æquè potest esse lucrativus, ac damnosus, *decis.35. num.4. par.16.*

Aditio in hæreditate viventis non datur, *decis.93. num.9. par.18. tom.1.*

Facta per Procuratorē constitutum à Tutore antequam adimpleverit solemnia, non suffragatur, *decis. 678. num. 7. par.18. tom.2.*

Cæteri actus facti à Tutore, qui non adimplevit solemnia, non mærentur attendi, *decis.554. num.1.par.18.tom.2.*

Requirit concludentem probationem, *decis.586. num.6. par.18. tom.2.*

Operatur, ut bona non sint amplius hæreditaria, sed efficiantur proprium patrimonium adeuntis, *decis.586. n.8. par.18. tom.2.*, *&* *decis.144. num.3. par.6.*

2 Aditio hæreditatis ex quibus resultare dicatur.

Inducitur ex fructuum exactione, nisi esset modica exactio: Item inducitur ex contractu facto super re, etiam minima, qui non poterat fieri citrà jus, & nomen hæredis: Item per solutionem debitorum, & retentionem bonorum, & alia similia, *decis.362. nu.8.9.& 10. par.1. divers. decis.393. num. 2. par.4. divers.*

Non præsumitur in hæreditate damnosa, immò ex possessione modicæ rei hæreditariæ non præsumitur aditio, sed nec etiam ex exactione modicæ rei, *decis.362. num.7. & 9.par. 1. divers.*

Inducitur ex gestione pro hærede, ut puta ex locationibus domorum hæreditariorum, ubi præsertim quandò domus fuerunt locatæ tanquam suæ propriæ, *decis.495. num.2. par.1.*

Aditio hæreditatis *probatur* cum exactione pecuniarum Testatori debitarum, *decis.644. num.3. par.4. tom.1.*

Probatur per retentionem debiti, quod alias

alias esset solvendum: Ubi maximè si retentio fuit per plures annos, *dec.259. num.3. par.2.*

Et ex aditione facta per Procuratorem habentem speciale mandatum, *decis.766. num.3. par.2.*

Et ex possessione, quandò alias esset inconveniens, quod quis injustè possideret, *decis.638. num.2. par.2. dec.423. n.12. & 13. par.13. decis. 722. num. 2., & decis.717. num.8. par.18. tom.2., Millin. decis.231. num.1., Ubald.decis.266. num.3. & 4. & seqq.*

Aditio hæreditatis non censetur inducta per renunciationem, *decis.649. num.2. & decis.649. num.4. par.3.*

Præsumitur, quandò ultra legitimam aliquid retinetur, *dec.638. num.3. par.2.*

In Patre nomine filiæ præsumitur ex possessione bonorum hæreditariorum; ubi maximè si Pater in dd. bonis non potest habere usumfructum, *decis. 723. num.14. par.2.*

Aditio hæreditatis *probatur* ex actibus; qui fieri non potuerunt citrà jus, & nomen hæredis, *decis.471. num.2. par.3., decis.82. n.2. par.2., Cavaler. dec.431. num.1., & decis.452. num.1., Cerr.decis.897. num.13., & decis.331. nu.19., Coccin. decis.1098. nu.1., & 607. n.5., Ottobon. decis.110. num.7. & 8., Peutinger.decis.153. num.11. & seq., Ubag. decis.75. num.12., Panphil. decis.429. num.1. & 6. & seqq., & dec.574. n.11.*

Inducitur ex contractu inito super re hæreditaria, quamvis in minima, *decis.82. num.1.*, ubi ex locatione *par.2.*

Et per solutionem debitorum defuncti, *decis.82. num.2. par.2., decis.358. n.9. par.12., Cerr.decis.86. num.39., Coccin. decis.168. num.1.*

Inducitur ex præsentatione facta ad juspatronatus hæreditarium, *Cels. dec.85. num.6.*

Inducta non dicitur ex sola delatione hæreditatis, *Cels. decis.129. num.3.*

Non inducitur ex actu, qui potest fieri, & jure legati, & jure hæreditario, *Dunozet. decis.115. num.2.*

Aditio hæreditatis *unius ex pluribus correis* debendi, nocet tantum adeunti, solum quoad ratam sui Authoris, non autem aliorum correorum, *Peutinger. decis.454. num.17. & 18.*

Filii probari debet, quandò convenitur, seù reconvenitur, nam argumentum, filius ergò hæres procedit agendo, *Priol. decis.418. num.5.*

Probatur ex depositione Testium, potissimùm, quandò sunt inducti à parte adversa, *Benincasa dec.312. n.6. & 7.*

Comprobat aditionem instantia pro restitutione in integrum ob non aditam hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii, *Benincas. decis.312. num.8.*

Hæreditatem adivisse dicitur, qui præsentavit ad beneficium juspatronatus hæreditarii, *Benincas. decis.221. nu.8.*

Aditio *Paternæ hæreditatis* facta à filio non præjudicat illi pro legitimæ detractione, *Benincas. decis.126. num.5.*, & quælibet protestatio esset superflua *ibid. num.6.*

Probatur ex locationibus rei hæreditariæ; fallit si potuit fieri titulo, sed tamen de dicto titulo est docendum, *decis.32. num.1.3.& 4., & decis.638. n.1. par.2., Cavaler. decis.431. num.2. & 8.*

Aditio hæreditatis *dicitur inducta* ex actu differenti, *decis.77. num.2. par.4. tom.1. decis.93. num.2. par.18. tom.1.*

Præsumitur ex possessione rei hæreditariæ, ultrà portionem sibi competentem, *decis.32. num.3. par.2., dec.781. num.1. par.3., decis.613. nu.36. par.18. tom.2., Ubag. decis.16. num.30.*

Probatur ex actu concernente aliquam rem hæreditariam, qui cum tertio celebratur, *decis.32. num.4. par.2.*

Aditionis hæreditatis *titulus* præsumitur in eo, qui hæreditatem, vel hæreditarias res cedit, aut donat, *dec.265. n.4. & 5. par.3.*

Non infertur necessario ex actu possessionia, quia sufficit possibilitas possidendi ex alio titulo, *decis.32. num.5. par.2., decis.143. num.13. par.18. tom.1., decis.131. n.5. dec.327. n.7. par.18. tom.1. decis.142. n.16. par.19. tom.1., Cavaler. decis.504. num.4.*

Aditio Procuratori per absentem commissa censetur, quatenùs per informationem utilem esse, aut alia expedire repererit, *decis.274. num.16. par.13.*

Ob

Ob solutionem bonorum hæreditariorum nocet adeunti, quandò quæstio est inter creditores repudiantis, vel alios, quibus per aditionem erat jus quæsitum, *decis.65. num.4. par.14.*

Aditio *hæreditatis paternæ* non resultat in filio possidente bona ex credito dotis maternæ, *dec.143. num.21. par.15.*

Non resultat ex possessione, dum constat de alio titulo possidentis, *dec.143. num.21. par.15., decis.273. num.5. & seqq. par.17., Priol.decis.418. num.9.*

Aditio *hæreditatis maternæ* à Patre in infante deducitur, *dec.112.n.6.par.15.*

Non probatur ex compromisso facto super divisione hæreditatis, & portionibus hæreditariis, *dec.130.n.9.& seq.par.15.*

Etiam in hærede suo requirit actus de necessitate concludentes, stante præcedenti protestatione non adeundi, *decis.130. num.12. par.15.*

Resultat ex actibus illis, qui fieri non potuerunt citrà jus, & nomen hæredis, *decis.127. num.10. par.16., decis.310. num.8.par.17., decis.131.num.6.& seq., & decis.366. num.5. par.18. tom.1., decis.619. num.12. par.18. tom.2., decis.50.num.3., & decis.55.n.17.par.18. tom.1., & è contrà, decis.554. num.4. par.18. tom.2., Bich. decis.66. num.16.*

Resultat aditio ex petitione restitutionis in integrum, *decis.311.num.11.par.19. tom.1.*

Et ex assumptione cognominis defuncti, ac etiam ex possessione, & locatione bonorum, *dec.79. num.12. par.19. tom.2.*

Et quandò quis uti hæres litigavit, *Bich. decis.233.num.4.decis.490.num.9., Buratt.decis.170.num.2.& 5., & dec.945. num.1., & decis.523. n.8., & dec.589. num.12.*

Et si hæreditario nomine transegit, *Bich. decis.416. num.17.*

Item probatur eo ipso, quod agitur super re, sive contractu celebrato à defuncto, *Bich.decis.490. num.10.*

Item probatur in filio ex immixtione in bonis Paternis, *Bich. decis.490. n.11. & 12.*

Inducta dicitur si hæres de bonis Testatoris disposuit, *Bich.dec.278. num.22., dec.326.num.7., & dec.338. num.16.*

Solo animo inducitur, *Dunoz.jun.dec.252. num.6. & 167. num.5.*

Et si hæres Instrumentis super bonis Testatoris celebratis usus fuit, *Bich. decis.243. num.4., & decis.326.num.8.*

Et ex venditione bonorum paternorum facta à filiis, si bona vendita aliter ad eos non spectant, nisi uti hæredes Patris, *Bich. decis.66. num.1., Ubag. decis.16. num.31.*

Excluditur stante præcedenti protestatione eorum nomine facta de non adeunda hæreditate Patris, ità ut per subsequentem actum venditionis hæreditas adita non dicatur, *Bich.dec.66. num.2.*

Declara conclusionem non procedere, quandò protestatio emissa fuit à Procuratore absque mandato procuræ ad repudiandum, *Bich.decis.66. num.3.4. & 5. & seq.*

Non censetur inducta ex actibus æquivocis, qui citrà nomen hæredis fieri potuerunt, *Bich. decis.66.num.16., Ubag. decis.75. num.13.*

Non inducitur ex actu, qui fieri potuit citrà jus, & nomen hæredis, *Buratt. decis.207. num.4., & annot. ibid. n.16. & 18.*

Antecessorum non præsumitur in descendentibus illorum bona possidentibus, nisi probetur, *Buratt.dec.589.num.14.*

Declarari potest per filios, quod à Patre adita sit, si res est dubia, *Buratt. decis.523. num.7.*

Filii, vel ad filium spectantis præsumitur in Patre vendente prædium ejusdem hæreditatis, *Buratt. decis.529. num.3. 4. & 5.*

Fraternæ inducitur ex dispositione bonorum communium cum fratre præmortuo, *Buratt. decis.621. num.3.*

Mandato ad adeundum probatur, præsertim si in mandato adsint verba *acceptavit*, *& acceptat*, *Buratt. decis.351. num.1. & 2.*

Aditio hæreditatis *in Pupillo*, probatur ex inventario tutelari, *Cavaler. dec.392. num.2.*

Inducitur ex actu translativo, *Coccin.decis.1874. num.32.*

Filius agens vigore donationis factæ Patri,

tri, & suis hæredibus, declarat se hæredem Patris, *Coccin.dec.647.n.6.&* 7.

Probatur aditio ex *solutionibus debitorum*, ex *possessione* capta vigore Testamenti, ex *quo* quis tamquam talis se defendit, *ex actu*, qui citrà jus, & nomen hæredis fieri non potest, *ex sola voluntate adeuntis*, & ex *præsentatione* facta in jurepatronatus, *Coccin. decis.*168. *num.*1., *decis.*607. *num.*5.7. *&* 8., *decis.*1506. *num.*8., *& decis.*2197. *n.*32.

Pupillus adeundo hæreditatem sine inventario obligatur ad onera hæreditaria, licèt in eo cadat ignorantia, *Coccin. decis.*1623. *num.*16.

Tempus adeundæ hereditatis durat 30. annis, possunt tamen creditores instare pro termini præfixione ad deliberandum, an velit adire, *Coccin. dec.*1863. *num.*22., *& decis.*285. *num.*7. *&* 8.

Probatur ex pensionum exactione, *decis.*420. *num.*1. *tom.*2. *par.*4.

Non cessat per actum, qui citrà nomen hæredis fieri nequit stante protestatione in contrarium, *decis.*115. *num.*19., intellige, ut *num.*20. *par.*4.

Inducitur ex expressione verbali, *dec.*360. *num.*30. *par.*5. *tom.*1., *decis.*143. *n.*11. *par.*18. *tom.*1., *Bich. decis.*574. *n.*17.

Non probatur per actus æquivocos, *decis.*210. *num.*15. *par.*5. *tom.*1.

Benè remanet *probata* per verba importantia veram, & realem aditionem, *decis.*478. *num.*3. *par.*5. *tom.*2.

Probatur ex confessione propria hæredis, *decis.*478. *num.*2. *par.*5. *tom.*2.

Non inducitur per verba suspensionem importantia, *decis.*478. *num.*1. *par.*5. *tom.*2.

Non præsumitur, ideò est probanda, *decis.*199. *num.*3. *par.*4. *tom.*1., *dec.*434. *num.*2. *par.*5. *tom.*2., *decis.*145. *n.*14. *par.*14., *Bich. decis.*292. *num.*12., *Dunoz. jun. decis.*798. *num.*2., *decis.*795. *num.*2., *decis.*381. *num.*6., *decis.*106. *num.*4., *decis.*167. *num.*5., *& dec.*69. *num.* 6.

Probatur etiam ex verbis enunciativis, *decis.*74. *num.*6. *par.*7., *decis.*362. *n.*2. *par.*1. *divers.*

Censetur inducta ex actu constitutionis Procuratoris ad eam adeundam non expectata aditione, vel alio actu à Procuratore faciendo, *decis.*106. *n.*15. *par.* 7., *decis.* 106. *num.* 5. 8. *&* 15. *par.* 7.

Aditio refertur potiùs ad causam testamenti, quàm ab intestato, *decis.*234. *num.*9. *par.*18. *tom.*1.

Resultat in eo, qui cum sit in gradu successibili, agit, uti hæres, *dec.*47. *num.*3. *par.*18. *tom.*1.

Non probatur ex actibus gestis à minoribus sine solemnitatibus, *decis.*678. *num.*6. *par.*18. *tom.*2.

Probatur, si quis aliquid petat tamquàm hæres, *dec.*441. *num.*13. *par.*18. *tom.*2.

Prout etiam ex alienatione bonorum hereditariorum, *decis.*613. *n.*37. *par.*18. *tom.*2., *Bich. decis.*66. *num.*31.

Non resultat, imò potiùs excluditur ex actu, & confessione dubia, *decis.*586. *num.*5. *par.*18. *tom.*2.

Non probatur ex possessione rei communis, si non justificatur possessio jure dominii universalis, *decis.*586. *num.*9. *par.*18. *tom.*2.

Non resultat ex declaratione Procuratoris facta sine speciali mandato procuræ principalis, *decis.*311. *n.*9. *par.*19. *tom.* 1.

Probatur ex declaratione minoris, etiam facta sine solemnitatibus, si illa ab eodem minore non impugnetur, *dec.*16. *num.*21. *& seqq. par.*19. *tom.*1.

Non resultat ex possessione bonorum defuncti, stante repudiatione, & declaratione hæredis se alio titulo ea velle retinere, *dec.*266. *num.*9. *par.*19. *tom.* 1.

Probatur non solùm aditio ex actibus, qui eam necessario, sed qui verisimiliter, & præsumptivè inferunt, *dec.*32. *num.*5., *& decis.*82. *num.*4. *par.*2.

Ut dicatur probata, debet esse certa, & determinata, *dec.*393. *num.*20. *par.*9. *tom.* 2.

Satis justificatur, ex solutione debiti hæreditarii, *decis.*399. *n.*34. *par.*9. *tom.*2., *decis.*65. *num.*3. *par.*14.

Excluditur ex protestatione præcedente ad actum de sui natura illam inducentem, *decis.*48. *num.*2. 7. *& seqq. par.*9. *tom.* 1.

Non

Non probatur ex assertione, & enunciativa à Tutore emissa, sed aliundè justificari debet, *dec.363.num.41.par.10.*
Non probatur ex quietantia facta Tutori, *decis.31. num.29. par.11.*
Aditio hæreditatis paternæ probatur ex cessione jurium, *decis.41. n.4. par.11.*
Resultat ex præsentatione facta, quæ Testatori competebat, *decis.19. num.7. par. 11.*
Ab inferentibus denegari non potest, cum eadem per Tutorem eorum animum declarantem adita fuerit, *decis.153. num.18. par.13.*
Pro filio non resultat ex possessione bonorum habita à Patre, si illa referri potest ad usumfructum Patris, *dec.35. num.6. par.16.*
In filio resultat ex possessione habita per ipsius Patrem, *decis.35. num.3. par.16.*
Resultat in filio se immiscente in bonis hæreditariis Patris, *decis.297. num.7. par.16.*
Probari potest ex facto se aliquem pro hærede gerendo, *dec.290. n.7. par.16.*
Hæreditatis maternæ in Patre faciliùs inducitur, si non tractatur de obligando filios ad debita matris, vel dos non consistat in credito contrà Patrem, *decis.335. num.8. & 9. par.17.*
Hæreditatis maternæ nomine filii resultat in Patre illius bona possidente, *decis.335. num.10. par.17.*
Præsumitur facta à Patre diù retinente, & possidente bona materna filiorum; sive infantium, sive majorum, *dec.335. num.4. par.17.*
Hæreditatis paternæ resultat ex mandato procuræ facto à filio ad vendendum bona Patris, *decis.42. num.3. par.17.*
Infertur ex actibus solummodò illam necessariò inducentibus, *dec.317. n.24. par.17., decis. 388. num. 14. par.12., Bich. decis.574. num.17.*
Paternæ præsumitur in filio, si tractatur de lucro, secùs si de præjudicio, & damno, *decis.273. num.9. par.17.*

Aditus.

Aditus facilis *ad Principem* omnibus esse debet, *Rub. in annot. decis.2. num.170. par.3.*, & ille refert nescio quid Paterni, *ibidem.*
In Curia facilè datur pro moderatione commissionum, *dec.284. n.6. par.11.*
Aditus *de uno ædificio* ad aliud cessat, si inter utrumque adsit via publica lata, & spatiosa, *dec.611. n.7. par.5. tom.2.*
Non datur *ad locum* discontinuum, *decis.611. num.9. par.5. tom.2.*
Datur *de uno* loco ad alium contiguum, *decis. 611. num. 8. & 10. par.5. tom.2.*
De una re ad aliam arguitur volūtas subjiciendi fideicommisso, & destinatio ad ejus usum, *dec.125. n.15. par.9. to.1.*

Adjudicatio, & adjudicare,

Adjudicatio in solutum substinetur etiam quod res sit majoris valoris, quàm creditum, sed obtinens adjudicationem tenetur ad restitutionem ejus, quod superest suprà creditum, pro quo adjudicationem obtinuit, *dec.528. n.3. par.4. tom.1.*
Adjudicatio, de qua non constat processus, nec de ejus solemnitatibus à jure requisitis, non attenditur, *dec.143. n.5.*, declara tamen, & limita, ut *num.6. 8. 9. & 11. par.2. divers.*
In solutum obtenta per partem, quæ habet hypothecam anteriorem, facit illam non tamquàm hæredem possidere, sed tamquam creditorem, *dec.315. num.2. lib.3. par.3. divers.*
Bonorum in solutum fortitur naturam venditionis, *decis.528. num.3. par.2.*
Adjudicatio *bonorum* subhastatorum facta creditori, non valet credito prius non liquidato, *decis.463. num.3. par.3.*
Bonorum, quæ debet fieri pro justo pretio, dicitur æstimatio certa, & à lege facta, *decis.258. num.4. par.2.*
Habet vim emptionis, & venditionis, & iisdem terminis regulatur; ubi quòd in ea debent intervenire requisita venditionis, *decis.725. num.1. par.2.*
Requirit certitudinem crediti, *decis.725. num.1. par.2.*
Facta pro concurrente quantitate crediti, antè liquidationem dicitur incerta, nec ex ea transfertur dominium, *decis.725. num.2. par.2.*

Ubi

Ubi est consummata, nil aliud à Judice est agendum, *dec.*725. *num.*9. *par.*2.
Dicitur nulla defectu consensus, ubi fuit facta per verba, obtinuit mandatum adjudicari, *decis.*725. *num.*3. & 4., & latè *num.*5., ubi etiam de stylo *par.*2.
Non dicitur consummata antè intimationem decreti adjudicationis, faciendam de ordine Judicis, & illius reproductionem, *decis.*725. *num.*9. *par.*2.
Non potest fieri, ubi adest oblatio alterius, *decis.*725. *num.*11. *par.*2.
Habet vim emptionis, & venditionis, & eisdem regulis metitur, *decis.*506. *n.*6. *tom.*3. *par.*4.
Facta alicujus de bonis communibus intelligi debet ad effectum distinguendi, non transferendi dominium, *decis.*506. *num.*12. *tom.*3. *par.*4.
Non debet impediri propter debitum incertum, & turbidum, *decis.*254. *num.*2. *par.*5. *tom.*1.
Non est nulla ex eo, quod plus valeat res adjudicata quàm creditum, cum illud plus sit restituendum cui debetur, *decis.*338. *num.*17. *par.*5. *tom.*1.
Est nulla, & rescindenda in totum propter læsionem dimidii justi pretii, *decis.*338. *num.*22. *par.*5. *tom.*1.
Debet fieri pro credito petito, & ex actis certo, & liquido, necnon Judici noto, *decis.*338. *num.*12. *par.*5. *tom.*1.
Quamvis excessiva tenet, quandò cessat ratio falsitatis causæ, & restituitur illud plus, *decis.*338. *num.* 21. *par.* 5. *tom.* 1.
Adjudicatio est nulla ex causa excessus crediti, *decis.*328. *num.*1. *par.*5. *tom.*1.
Beneficii conceditur, stante verificatione narratorum, *dec.*159. *n.*11. *par.*10., *Cels. decis.*50. *num.*1.
Et immissio tradita per executorem intrà terminum datum ad appellandum, & successivè capta per partem non solùm est nulla, sed insuper attentata, *decis.*84. *num.*7. *par.*6.
Commendæ fieri debet ad favorem habentis collationem à Magno Magistro ad quem spectat jus conferendi, *decis.*114. *num.*1. *par.*8.
In parte excessiva est nulla in totum, *decis.*64. *num.*1. *par.*11.
Est nulla, si priùs mediante executione, non capiantur pignora prætoria, *decis.*64. *num.*3. & 13. *par.*11.
Ad hoc, ut possit dici nulla ratione excessus, requirit, ideò claram evidentiam, ut nullo modo de excessu dubitari possit, *decis.*64. *num.*12. *par.*11.
Redditum non potest dici excessiva, quæ emanavit pro pretio, quo alii similes redditus comparabantur, *decis.* 128. *num.*7. *par.*12.
Bonorum, ut dicatur sine læsione facta, considerari debent, *decis.*128. *num.*15. *par.*12.
Bonorum in Curia Capitolina non intrat ex lapsu temporis, nisi intrent requisita Statuti Urbis, *decis.* 80. *num.* 25. *par.*12.
Ut possit retractari læsiva, debet esse ultra dimidium, *decis.*128. *n.*11. *par.*12.
Bonorum fieri non potest sine facto Judicis, *decis.*96. *num.*17. *par.*12.
Bonorum in vim sententiæ suspectæ non afficit creditores, *decis.*455. *num.* 11. *par.*13.
Stante excessu, & enormissima læsione, etiam per viam manutentionis retractari potest, *decis.*89. *num.*10. *par.*13.
Ut substineatur, extimationem bonorum procedere necessariò requiritur, *decis.*340. *num.*13. *par.*13.
Rei magni valoris ad favorem ipsiusmet creditoris agentis pro modico credito facta, dùm continet enormissimam læsionem dolo, & fide mala, extortam, substineri nullo modo potest, *decis.*26. *num.*8. *par.*13.
Fundi plus debito facta, etiam pro rata veri debiti non substinetur, *decis.*36. *num.*1. *par.*13.
Non attenditur, si non probatur effectuata, & executioni demandata, *dec.*280. *num.*12. *par.*15.
Formalis requiritur, nec sufficit mandatum de adjudicando, *dec.*27. *n.*5. *par.*16.
Fieri non potest, nisi in eo casu, quo factis necessariis diligentiis oblationibus, emptor pro certo pretio non fuerit inventus, *decis.*27. *num.*5. *par.*16.
Excluditur, si posteà bona fuerunt tamquàm simpliciter hæreditaria possessa, *decis.*27. *num.*9. *par.*16.

Cre-

Creditori fit tantummodò in subsidium, si non inveniatur emptor, *dec.27.nu.5. par.16.*

Quandoque in judicio conceditur, etiam si per viam subhastationis procedendum esset, *decis.42. num.6. par.16.*

Et deliberatio prædii complectitur etiam ædificium in eodem prædio existens, etiamsi illud specificatum non sit, *decis.5. num.6. par.16.*

Non præsumitur, nisi de ea evidentèr constet, *decis.39. num.14. par.17.*

Beneficii conceditur præsentato à legitimo Patrono, docto de vacatione, habilitate, aliis requisitis, *decis.255. n.1. par.17.*

Facta nulla præcedente æstimatione est nulla, *decis.309. num.1.& seq.par.17.*

Adjudicatio beneficii fieri potest digno, omisso digniori, quandò aliter cautum non sit ex speciali Ecclesiæ constitutione, *Bich.dec.371.num.1.5.& seqq.*

Debita est non habenti beneficium, quatenùs ex illo valide se substentare valeat, alias secus, *Bich.decis.489.n.24.& 25., decis.507.n.15., & decis.535.n.2.*

Et habenti qualitates à Fundatore requisitas, ac si solus esset præsentatus, *Bich. decis.661. num.1.& 2.*

Prout etiam habenti qualitates requisitas à Constitutione Synodali disponente circa provisionem beneficiorum patrimonialium, *Bich.decis.647.num.1., & decis.663. num.1.& 6., Cels.decis.214. num.6.*

Et ei, qui majoribus qualitatibus pollet, & originem habet in loco beneficii, *Bich.decis.647. num.11., & decis.489. num.22., Cels. decis.182. num.1., & 219. num.8.*

Non est debita non habenti ætatem legitimam requisitam à Constitutione Synodali, *Bich.decis.663. num.14.*

Pro adjudicatione beneficii obtinenda literæ Apostolicæ justificatæ, & obtentæ à legitimo Collatore justum titulum præstant, *Bich.decis.431. nu.6., Dunoz.jun. decis.897. num.1.*

Petens adjudicari *beneficium* efficitur Actor, *Bich. decis.268. num.7.*

Decretum adjudicationis differt à decreto de adjudicando, *Bich.dec.161.n.10.*

Tom.I.

Adjudicatio consummata, ubi est. Judex nihil aliud agere debet, *Buratt. decis.* 124. *num.* 25., & non dicitur antè intimationem decreti adjudicationis, & illius reproductionem *ibid.num.26.*

Facta minoribus indefensis est nulla, *Coccin.decis.766., & decis.816. num.1.*

Adjudicatio *ante diem* peti non potest, neque intentari hypothecaria, *Cavaler. decis.653. num.2.*

Beneficii, *digniori*, & habenti majores qualitates facienda est, *Cels. dec.174. num.1., decis.234.num.2., & dec.215. num. 1., Ottobon. decis. 224. num. 3. & 4., decis.248. num.5. 6. 7. & seqq., decis.86. num.2. & 4., decis.123. n.6., decis.222. num.1. 3. 4. & seqq. & decis.264.n.3.& 22., Peutinger. dec.325. num.1., decis.394. num.2., decis.263. num.1., decis.459.num.2., & dec.132. num.1. & 2.*

Parochialis debita est habenti majorem ætatem, *Cels. decis.58. num.8., & decis.215. num.2.*

Item ei qui est in Sacerdotio antiquior, qui per plures annos exercuit curam Animarum, & qui ad audiendas Confessiones etiam Monialium præpositus fuit, *Cels. decis.58. num.9. & 10., & decis.215. num.3. & 4., Ottobon. decis.123.num.9.10. & 16., & dec.222. num.3. & 6.*

Item Nobilis præfertur Ignobili, *Cels. decis.215. num.5., Ottobon. decis.164. num.22.*

Paupertas est considerabilis, & multum operatur, *Cels. decis.174. num.3., decis.215. num. 6., decis. 198. num.3., Ottobon. decis.248. num.10.*

Nec in concursu ætas major, & antiquius Sacerdotium operantur prælationem, *Cels. decis.198. num.4.*

Præferendus est, qui per longum tempus inservivit Ecclesiæ, in qua situm est, *Cels. decis.174. num.2.*

Et qui non indiget dispensatione, *Cels. decis.198. num.5.*

Adjudicatio ab adjudicatione, seu datione in solutum, quæ fit creditori, differt venditio facta à Judice *plus offerenti*, *Ludovis. decis.193. num.9.*

Juxtà æstimationem ab initio est perfe-

A a ‍ cta,

cta, quia intelligitur facta arbitrio boni viri, *Manzaned.decis.*500. *num.*5.

Est similis *emptioni*, *Manzan.dec.*500.*n.*1.

Beneficii fit habenti illius legitimum titulum, *Manzaned.decis.*589.*num.*1., & 562.*num.*1.

Adjudicatur *Beneficium* proviso de eo, postquam gratiam suæ provisionis justificavit, *Manzaned.decis.*889 .*num.*4.

Adjudicatio pro summa debiti *excessiva*, est ipso jure nulla, & injusta, *Benincas. decis.*362. *num.*2.

Adjudicatio *facta Creditori* de pluri, quam sit creditum valet ratione prædicta, quia non recipiat res adjudicata commodam divisionem, *Merlin. decis.*683. *num.*5.

Cum præjudicio debitoris non subsistit, & damnum imputatur Creditori, *Merlin.decis.*564. *num.*3.

Adjudicatio *Beneficii*, ut inducatur contrà possidentem cum titulo ab Ordinario habito, opponens de titulo valido docere tenetur, *Caril.pag.*101. *num.*1.

Non repugnat retentioni oppositæ pro creditis, quæ dederunt causam adjudicationi, præsertim si oppositio fuit facta per viam exceptionis à reis, & possessoribus, *Priol. decis.*376. *num.*32.

Præsumitur facta cum *onere Canonis*, *Priol. decis.*376.*num.*29.

Per adjudicationem cum possessione subsecuta dominium transfertur, *Duran. decis.*419. *num.*9.

Fructus non debentur Creditori, postquàm ei fuit adjudicata res debitoris, *Duran. decis.*441. *num.*2. & 3.

Adjudicationem non fuisse læsivam frustrà articulatur, si de læsione non sit agendum, *Ubald. decis.*141. *num.*15. *par.*3.

Fieri *non potest* absque vitio nullitatis nulla præcedente citatione, *Ubald.decis.*25. *num.*5. *par.*3.

Adjudicationem debet præcedere æstimatio, ut dicatur facta pro justo pretio, *Ubald. decis.*25. *num.*6. & 7. *par.*3.

Ex defectu citationis est invalida, *Ubald. decis.*141. *num.*5. *par.* 3., & *decis.* 66. *num.*2. *par.*3.

Nulla non tollit manutentionem primo possessori, *Ubald.decis.*141. *num.*6. & 12. *par.*3., & *dec.*25. *num.*2. *par.*3.

Adjudicationem bonorum impugnans, non potest ea juvari, *Ubald. decis.*180. *num.*6.

Differt à possessione, cum qua nihil commune habet, *Buratt.decis.*605. *num.*3.

Æstimatione non præcedente facta nulla est, *Buratt.decis.*96.*num.*4. contrarium *num.* 5., ubi quod nullo jure cavetur æstimationem præcedere debere *n.*6., *Cerr. decis.*779. *num.*10., & *decis.*882. *num.*12., *Coccin.decis.*1870. *num.*16.

Facta à Judice præsumitur prævia informatione valoris bonorum adjudicatorum, *Buratt. decis.*96. *num.*9.

Pro quantitate incerta non valet, nec in ea transfertur dominium, *Buratt. decis.*124. *num.*7.

Fit cum augumento ultrà creditum, etiam de jure communi, *Buratt.dec.*96.*n.*16.

Oblationes, ubi adsunt fieri non debet, *Buratt. decis.*96. *num.*1., & *decis.*124. *num.* 30., dummodò oblationes fiant antè secutam adjudicationem dicta *decis.*96. *num.*2.

Possessio capta vigore mandati de adjudicando, adjudicatione non expectata, est spoliativa, *Buratt.annot.ad dec.*124. *num.*32.

Rei per sententiam adjudicatæ acquirenda est mediante executore à Judice deputato, *Buratt.decis.*940. *num.*2.

Pretio viliori facta rescinditur, *Buratt. decis.*66. *num.*10.

Excessiva est nulla in totum, *Cavaler.decis.*84.*num.*1., *Manzaned. dec.*475.*n.*2.

Non præcedente liquidatione crediti est nulla, *Cavaler. decis.*171. *num.*6.

Adjudicatio, & verba eam importantia, non verificantur super pecunia, sed super bonis, *Cavaler. decis.*235. *num.*5.

Non præcedente subhastatione non valet, si tamen res capta non excedit creditum sustinetur, *Cavaler.decis.*564. *n.*5. & 6.

Supponit antecedentem crediti liquidationem, *decis.*285. *num.*7. *par.*17.

Et translatio dominii in deliberatarium ex diuturna possessione resultat, *decis.*300. *num.*6. & 9. *par.*18. *tom.*1.

Beneficii parochialis digniori denegari non potest, *dec.*115. *n.*3. *par.*18. *tom.*2.

Bonorum fieri nequit, nisi probato, quod

co

eo tempore alia bona non extabant, quodque illa plus non valebant, *decis.*449. *num.*4. *par.*18. *tom.*2.

Bonorum fieri non potest, nisi præcedentibus æstimatione, & subhastatione, tam ex forma statuti Urbis, quàm ex dispositione juris communis, *dec.*449. *num.*3. *par.*18. *tom.*2.

Adjudicationis vim non habet mandatum, seù decretum de adjudicando, *decis.*39. *num.*1. *par.*5. *tom.*1.

Ad sententiam si executor nullitèr procedat non privat aliquem sua possessione, *decis.*84. *num.*6. *par.*6.

Rescissionem petens non est audiendus, nisi restituto pretio, *dec.*202. *nu.*9. *par.* 10.

Bonorum præsumptio penitùs cessat, quàdò quis bona prætendit esse sua, *dec.*80. *num.*26. *par.*12.

Bonorum præsumptio ut intret, requiritur præsumptio 30. annorum, *dec.*80. *num.*24. *par.*12.

Remedium, est subsidiarium in jure, si pignora emptorem non inveniant, *decis.*36. *num.*9. *par.*13.

Requisita necessaria benè præsumuntur ex sententia mandato, & possessione continua 30. annorum, & ultrà, *dec.*12. *num.*12. *par.*16.

Adjudicationi, ut sit locus bona priùs legitimè sub hasta poni debent, *dec.*340. *num.*12. *par.*13.

Ad adjudicationem præsumendam non sufficiunt Judicis decreta præcedentia, *decis.*39. *num.*14. *par.*17.

Adjudicatione, de ea quandò tractatur requiritur decretum de adjudicando, & præcedens bonorum æstimatio, *decis.*388. *num.*8. *par.*14.

In extrajudiciali requiritur æstimatio bonorum, secùs autem, si per viam licitationis judicialis fuerit processum, *decis.*48. *num.*12. *par.*15.

Pro obtinenda beneficii sufficit justificatio litterarum Apostolicarum, *dec.*199. *num.*1. *par.*15.

Resoluta bona reincidunt in fideicommissum, *decis.*86. *num.*7. *par.*15.

In ea æstimatio Judicis est omninò necessaria, *decis.*27. *num.*6. *par.*16.

Adjudicationes in solutum diversæ, & diverso tempore factæ, & de pluribus rebus non conjunguntur ad probationem excessivitatis, quia sunt tot, quot res ipsæ, *dec.*528. *n.*2. *par.*4. *tom.*1.

Debent fieri pro justo pretio, *decis.*411. *num.*7. *par.*5. *tom* 1.

Non præcedente subhastatione nullius sunt roboris, *decis.*36. *num.* 10. *par.* 13.

Adjudicare est rem, judicio peracto, actori abdicere, eamque illi judicio attribuere, & assignare, *dec.*449. *num.*6. *par.*18. *tom.*2.

Adjudicandum beneficium est ei, qui habet qualitates necessarias, *dec.*78. *n.*28. *par.*12.

Adjudicandum est beneficium illi, qui fuerit habilis, & idoneus ab examinatoribus repertus, *decis.*49. *num.*7. *par.*14.

Adjudicatio beneficii jurispatronatus debita est præsentato concurrente ultimo statu quasi possessionis præsentandi, quamvis status antecedens esset difformis, & varius, *Bich. dec.*361. *n.*26.

Beneficii Diœcesis *Calaguritanæ* debita est habēti qualitates requisitas à Constitutione Clementina, *Bich. dec.*284. *num.*3., *&* *decis.*302. *num.*1. *&* 2., *&* *decis.*362. *num.*1.

Et seniori, ac Sacerdoti, *Bich. decis.*467. *num.*29. *decis.*371. *num.*13. *decis.*639. *num.*3., vel Baccalaureo, vel curam animarum exercenti, *decis.*489. *nu.*1., *decis.*615. *num.*2. 3. *&* 4. *dec.*653. *n.*1., *decis.*535. *num.*1., *&* *decis.*507. *num.*1.

Beneficii debita est digniori, *Bich. decis.* 284. *num.* 13., *decis.* 362. *num.*3., *decis.*371. *num.*6. *&* 12., *&* *decis.*601. *num.*1.

In adjudicatione beneficii dignior inter plures reputatur, qui ultrà qualitates pares pauper est, & in curia præsens, *Bich. decis.*535. *num.*16., *decis.*659. *n.*5. *decis.*284. *num.*14., *decis.*362. *num.*2., *&* *decis.*601. *num.*2. *&* *seq.*, *decis.*467. *num.*31., *&* *decis.*639. *num.*6. Item nobilis *ibid. num.*4. *&* 5. *decis.*572. *n.*3., & qui est ætate major, *Bich. decis.*371. *num.*13., *decis.*615. *num.*1.

Adjudicatio *Beneficii* debetur illi, qui habet ad sui favorem preces primarias ab eo in tempore præsentatas, & ab executoribus acceptatas, *Emerix sen. decis.*5. *num.*1.

Debetur illi, qui habet intentionem fundatam in literis Apostolicis plenè justificatis, *Emerix sen. decis.*18. *n.*1., *& decis.*179.*num.*8., *Panphil.dec.*615. *num.*1. *& seqq.*

Adjudicatoria.

Adjudicatoria, adjudicatoriam vigore clausulæ *quam*, *& quas* petendo ex Reo, efficitur Actor, *decis.*643. *n.*8. *tom.*3. *par.*4.

Adjunctus.

Adjunctus cum Notario examinante Testes, quando non fuit adhibitus, non inducit nullitatem examinis, *dec.*317. *num.*22. *par.*12.

Adjuncti ratione verba mutant eorum naturam, *decis.*103. *num.*43. *par.*15.

Datur Administratori mala fide, & fraudolenter se in administratione gerenti, *Dunoz. jun. decis.*936. *num.*1.

Adjuncti deputatio ad instar remotionis infert dedecus administratori, *Dunoz. jun. decis.*936. *num.*2. *&* 16.

Ex adjuncto tollitur suspicio Judicis, *Ludovis. decis.*466. *num.*8.

Et ex datione solius *Notarii adjuncti*, cessat suspicio Notarii, *Ludovis. decis.*327. *num.*7. contrarium alias Rota tenuit, prout *in annot. ibid. sub n.*16.

Adjunctum *habetur* pro non apposito, quatenus substantivo repugnet, *Caril. pag.*225. *num.*4.

Adjunctus, qui vigore *Sac. Concil. Trid. in cap.*6. *sess.*25. *de Reform.* datur Episcopo procedenti contra Capitulares, datur tàm si procedat in delictis gravibus, quàm in levibus, secus in illis levibus, ubi non est opus tela judiciaria, *Seraphin. decis.*710. *num.*1. *&* 4.

*Concil. Trid. in dicta cap.*6. *&c.* non habet locum in capitulis exemptis, *Seraphin. decis.* 493. *num.*1.

Quandò adjunctus *datur Episcopo*, quomodo sit concipienda sententia, an in numero plurali, vel singulari, *Seraph. decis.*1213. *num.*1. *&* 8.

Notarius *datus adjunctus* Actuario, non recipit acta, licet assistat, & subscribebat ea ad tollendam suspicionem, propter quam fuit adhibitus, *Seraphin.decis.*1213.*num.*4.

Adminiculum.

Adminiculum *pro fide scripturæ* præstant Testes etiam nulliter examinati, *decis.*18. *num.*3. *par.*2.

Pro fide scripturæ potest desumi ex scripturis etiam minus legaliter extractis, *decis.*18. *num.*3. *par.*2.

Non potest percipi *ex scriptura informi*, quæ penitùs informis est, *decis.* 273. *num.*16. *par.*4. *tom.*2.

Facit Testis de auditu, licet non probet, *decis.*16. *num.*7. *par.*5. *tom.*1.

Præbet Testis examinatus inter diversas partes, *decis.*16. *num.*8. *par.*5. *tom.*1.

Aliquod faciunt *Testes examinati* ad instantiam alterius personæ, *decis.* 16. *num.*16. *par.*5. *tom.*1.

Magnum *facit sententia*, etiam sine actis producta, *decis.*432. *num.*8. *par.*5. *tom.*2.

Magnum aliquando *tribuunt libri pro scribente*, *decis.*433. *n.*5. *par.*5. *tom.*2.

Magnum desumi potest *ex Testibus examinatis* ante motam litem, *decis.* 48. *num.*2. *par.*6.

Rectè desumitur *à Teste nulliter examinato*, *decis.*350. *num.*7. *par.*10.

Faciunt *Testes ad æternam rei memoriam* examinati ad effectum probandi legitimationem personarum, *decis.* 278. *num.*2. *par.*13.

Adminiculo aliquo firmo remanente, à quo vitam, & spiritum desumunt cætera adminicula, consequēter corruunt alia omnia, quæ adversus illa adminicula deducuntur, *dec.*263. *n.*16. *par.*6.

Pro adminiculo non deserviunt enunciativæ quandò sunt recentes, & paulò ante litem emanatæ, *decis.*173. *n.*10. *par.*4. *tom.*2.

Quandò deducitur aliquod Instrumentum ad hoc, ut illud dicatur antiquum, non detrahitur tempus motæ litis, *decis.*184. *num.*17. *&* 18. *par.*6.

Negari non potest, quin deserviant *Testes de auditu*, *decis.*11. *num.*8. *par.*7.

Potest deservire *unicus Testis*, sicuti alia imper-

Et

nis aliquem constituunt, *decis.* 234. *num.* 6. *par.* 14.

Testes suffulti, & deponentes verosimilia præferuntur aliis concludentem scientiam circà materiam non referentibus, *decis.* 79. *num.* 7. *par.* 14.

Ex eis juspatronatus etiam justificatur, & removent usurpationis præsumptionem, *decis.* 444. *num.* 15. *par.* 14.

Pro eis Testes nulliter examinati inserviunt, & sufficiunt pro manutentione, *decis.* 493. *num.* 7. & 8. *par.* 14.

Adminiculari non potest ex actu imperfecto alius actus minùs perfectus, *decis.* 154. *num.* 20. *par.* 4. *tom.* 2.

De adminiculando aliquid, quando tractatur non est rigidè procedendum, *decis.* 152. *num.* 22. *par.* 12.

Adminiculati Testes, qui sunt, præferendi sunt aliis, *decis.* 175. *num.* 32. *par.* 12.

Adminiculum faciunt etiam scripturæ informes, *Cavaler. decis.* 142. *num.* 4.

Non est plenè probandum, si plenè probatum concludentèr probaret, *Cavaler. decis.* 142. *num.* 5.

Adminicula, quæ singula non sufficiunt, juncta juvant, & debent ponderari ad probandum dominium directum, *Coccin. decis.* 1873. *num.* 12. & 13., *Dunoz. jun. dec.* 741. *num.* 6., & *dec.* 439. *num.* 5.

Habentia veritatis primordia operari debent, *Coccin. decis.* 2027. *num.* 42.

Adminicula *contraria probatione* tolluntur, *Ottobon. decis.* 253. *num.* 18. & *sequen.*

Quandò *concurrunt*, scripturæ etiam informi fides tribuitur, *Peutinger. decis.* 317. *num.* 7.

Adminicula, quibus probantur instrumenta publica, non indigent recognitione, *Pen. decis.* 1339. *num.* 3. & *seqq.*

Adminicula non sejunctim perpendenda, sed conjungenda sunt, *Rox. decis.* 314. *num.* 3.

Adminicula, quæ aliàs cum Testibus notam manum scribentis habentibus concurrere debent, ad recognitionem similem non sunt necessaria, *Caril. pag.* 329. *num.* 3.

Non probant, ubi deficit observantia, *decis.* 494. *num.* 9. *par.* 19. *tom.* 2.

Administrans, administrandi, & de administratis.

Administrans per eosdem agentes, per quos priùs administravit Plebaniam, quam tamen resignavit, fructusque in ea percipiens, an ob id dicatur habere jus adhùc in dicta Plebania, *decis.* 535. *num.* 1. *lib.* 3. *par.* 3. *divers.*

Vidua bona hæreditaria viri præsumitur sibi satisfecisse de sua dote, sed ut intret dicta præsumptio, quid sit probandum, vel uti Tutrix filiorum, vel alitèr, *decis.* 161. *num.* 1. & 2. *par.* 12.

Bona *Pupilli* rationem reddere debet, *decis.* 349. *num.* 4. *par.* 15.

Ex administratis bonis *creditum* non est detrahendum, nisi reddita ratione, *decis.* 391. *num.* 8. *par.* 5. *tom.* 1.

Administrandi *facultas* concessa alicui honorifica reputatur, *dec.* 242. *num.* 4. *par.* 5. *tom.* 1.

Mandatum à lege habet maritus in bonis uxoris, *decis.* 106. *num.* 8. *par.* 5. *tom.* 1.

In quasi possessione ille debet manuteneri, qui tempore motæ litis administrat, *decis.* 242. *num.* 2. *par.* 5. *tom.* 2.

In jure administrandi *Tutor* non potest manuteneri, nisi probet suam quasi possessionem, *decis.* 550. *n.* 1. *par.* 5. *tom.* 1.

Quasi possessio Officialium nihil commune habet cum possessione Ecclesiæ, *decis.* 107. *num.* 11. *par.* 14.

De administratis *Tutor*, ut teneatur reddere rationem, constare debet de administratione, *dec.* 586. *n.* 4. *par.* 4. *to.* 3.

Tutor non tenetur ab alio Tutore, quo fuit finita tutela, *dec.* 69. *n.* 11. *par.* 11.

Administrans *beneficium* antè confirmationem intrusus dicitur, & redditur inhabilis ad idem beneficium obtinendum, *Buratt. decis.* 127. *num.* 5.

Bona *debitoris* præsumitur sibi satisfecisse, *Buratt. decis.* 420. *n.* 2., est tamen probandum, quòd fuerint ad satisfactionem sufficientia, *Burat. dec.* 541. *n.* 1.

Administrans tanquam *Tutor*, licèt talis non sit, adhuc de administratis rationem reddere tenetur, ac si Tutor fuisset, *Bich. decis.* 380. *num.* 17.

Qui per alium administrat, administrare dicitur, *decis.* 381. *num.* 19. *par.* 9. *tom.* 2., de-

decis. 168. *num.* 17. *par.* 15., *Bich. decis.* 243. *num.* 20.

Administrare non tenetur *Executor testamentarius* ratione sui officii, *decis.* 349. *num.* 1. *par.* 15.

Qui non tenetur *ratione officii*, non potest condemnari ad reddendam rationem, nisi de iis, quæ administravit, *Bich. decis.* 243. *num.* 20.

Ad administrandum *electus*, dicitur minister eligentis, *Bich. dec.* 654. *num.* 5.

Administratio.

Administratio *Cappellarum* Ecclesiæ Cathedralis, spectat ad Episcopum unà cum Capitulo, *dec.* 455. *n.* 4. *par.* 4. *tom.* 1.

Administratio *bonorum Ecclesiæ* de jure communi pertinet ad Episcopum, & Capitulum simul, *decis.* 391. *n.* 1. *par.* 1. *divers.*, & non ad Beneficiatos, *dec.* 183. *num.* 1. *par.* 1., *Cavaler. decis.* 57. *nu.* 2., *Cerr. decis.* 12. *num.* 1., *Coccin. dec.* 625. *n.* 11. & 16. & *seqq.*, *Merlin. dec.* 728. *num.* 4. & 6., *Ubald. dec.* 450. *num.* 5.

Bonorum si est data Tutori, pupillo non competit remedium cap. *reintegrandæ*, etiamsi non adsit authoritas Judicis, secùs si non est data, *dec.* 439. *n.* 1. & 3. *par.* 1. *divers.*

Bonorum adventitiorum conceditur Patri ad utilitatem filii, *decis.* 717. *nu.* 15. *par.* 1. *divers.*

Annexio incorporatio, & similia important dominium secundum subjectam materiam, *dec.* 146. *n.* 1. *par.* 1. *divers.*

Non datur Tutori non facienti Inventarium, nec juranti rem pupilli salvam fore, *decis.* 89. *num.* 7. *par.* 2. *divers.*

Tutelæ penès unum Tutorem solida remanere potest, aliis contutoribus à tutela remotis, *decis.* 201. *num.* 7. *par.* 4. *divers.*

Administratio *eleemosinarum*, & similium de jure est communis cum Capitulo, *decis.* 355. *num.* 5. *par.* 1.

Communis debet esse eorum omnium, ad quos spectat utilitas rei administratæ, *decis.* 2. *num.* 2. *par.* 2.

In dubio debet deferri iis, de quibus facienda erat electio, *dec.* 744. *n.* 1. *par.* 2.

Uni tantum est concedenda, quando constat de voluntate Testatoris volentis ad unum tantum non ad plures pertinere, *decis.* 744. *num.* 6. *par.* 2.

Et institutio *Cappellaniæ* pertinet ad Ordinarium, & Superiorem, *dec.* 214. *n.* 7. *par.* 13., *Duran. decis.* 455. *num.* 1. & 2.

Interdicitur Tutori, si is allegetur suspectus lite pendente, *decis.* 360. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 2.

Non censetur ipso jure interdicta, *Tutore allegato suspecto*, lite pendente, sed venit pro Judicem interdicenda, *decis.* 360. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 2.

Non est interdicenda, *lite pendente*, *Tutori*, quando ille allegatur suspectus à persona non legitima, *decis.* 360. *n.* 25. *par.* 4. *tom.* 2.

Mala futura remitti non potest, *decis.* 1. *num.* 24. *par.* 4. *tom.* 2.

Sacramenti matrimonii comprehenditur sub commissione generali administrãdi Sacramenta, *dec.* 431. *n.* 5. *par.* 4. *to.* 2.

Bonorum Ecclesiæ spectat ad Archipresbyterum, & Capitulum, *decis.* 252. *n.* 3. *par.* 5. *tom.* 1.

Ad hoc, ut decernatur *Tutori* requiritur decretum Judicis, *decis.* 331. *n.* 3. *par.* 5. *tom.* 1.

Et jurisdictio sunt diversa, *decis.* 145. *num.* 4. *par.* 5. *tom.* 1.

Circà celebrationem *Missarum*, & aliorum piorum suffragiorum relictorum Ecclesiæ privative spectat ad Abbatem, & Capitulum, *decis.* 145. *num.* 3. *par.* 5. *tom.* 1.

Oblationum, quæ fiunt à fidelibus ad certum usum spectat ad Parochum, *decis.* 37. *num.* 9. *par.* 5. *tom.* 1.

Bonorum Ecclesiæ regularis spectat ad Abbatem, & Canonicos, *decis.* 252. *num.* 1. *par.* 5. *tom.* 1.

Vel jurisdictio ex mala fide privativè præscripta non præsumitur, *decis.* 373. *num.* 9. *par.* 5. *tom.* 1.

Jurisdictionum est communis inter Episcopum, & Capitulum, *dec.* 414. *num.* 1. *par.* 5. *tom.* 1.

Pecuniarum negotii convenit etiam factori, & administratori, *dec.* 256. *n.* 7. *par.* 6.

Perpetua bonorum *Ecclesiæ* est apud Capitulum, *decis.* 254. *num.* 18. *par.* 6.

Re-

Rerum suarum interdicta est minoribus propter fragile, & illius ætatis infirmum consilium, multis captionibus suppositum, *decis.*81. *num.*10. *par.*6.

Si non sit *decreta à Judice*, Tutor non dicitur validè administrare, & qualitèr hoc procedat, vide distinctionem, *decis.*3. *num.*11. & 12. *par.*6.

Indistincta *omnium Sacramentorum* pertinet ad Ecclesiam Cathedralem, *decis.*177. *num.*7. *par.*6.

Seu officium, quandò sunt causa, ut legata relinquatur personæ, tunc testator censetur legasse intuitu ministerii non personæ, *decis.*309. *n.*12. & 13. *par.*6.

Bonorum, & redditum *Ecclesiæ* de jure spectat ad omnes Canonicos simul, & Capitulum, & hoc procedit ubi agitur tam de Ecclesiis regularibus, quam de Collegiis sæcularibus, *decis.*278. *nu.*2. *par.*7., & fortiùs si bona fuerint donata communitèr Capitulo, & Canonicis, *decis.*233. *num.*1. & 4. *par.*8., & amplia ubi concurrit observantia, & status antiquus ejusdem Ecclesiæ, *decis.*304. *n.*2. & 4. *par.*8.

Alicujus rei, si commissa fuerit alicui, non ex hoc arguitur, quod fuerit quoque commissa jurisdictio, *decis.*181. *nu.*12. *par.*9. *tom.*1.

Nuda differt à Domino, & usufructu, *decis.*447. *num.*16. & 17. *par.*9. *tom.*1.

Beneficii expirat, & possessio remanet vacua, quandò de eo aliquis provisus fuit à Sede Apostolica, *dec.*34. *n.*13. *par.*10.

Aliud est si concessa sit per mandatum datum à lege, & aliud ab homine, *decis.*12. *num.*35. *par.*12.

Et pertinentia *alicujus beneficii*, quod ad aliquem pertineat ex antiqua administratione docetur, *dec.*2. *num.*1. *par.*13.

Simplex *Capituli* ex verbis bullæ in Capitulum directis excluditur, *decis.* 93. *num.*4. *par.*13.

Bonorum nepotum Patruo delata censetur ex deposito facto ad simplicem patrui dispositionem, *decis.*59. *num.*3. *par.*14.

Bonorum *pupilli* Clericis interdicitur, *decis.*207. *num.*3. *par.*15.

Pluribus personis concessa in solidum concessa censetur, nisi contrarium fuerit expressum, *decis.*276. *num.*3. *par.*15.

Dispositorum Urbis, est officium authoritate, & utilitate publicum, *decis.*276. *num.*4. *par.*15.

Bonorum Ecclesiæ residet solùm penès Capitulum, *decis.*214. *num.*1. *par.*17., & eorum, quæ intrà illam continentur spectat ad aliud, *decis.*770. *n.*1. *par.*18. *tom.*2.

Alicui concessa importat obedientiam præcisam, & coactivam, *dec.*741. *nu.*6. *par.*18. *tom.*2.

Prò alio tempore, quàm fuerit à peritis relatum, non resultat ex partitis, quæ de solo tempore relationis loquuntur, *decis.*182. *num.*6. *par.*19.

Alicui demandata, potest adimpleri per alium, *decis.*64. *num.*9. *par.*19.

Probari debet de tempore præciso ad effectum ex ea obtinendi immissionem contrà tertium, *decis.*155. *nu.*5. *par.*19.

Administrationis *ratio* petenda est ab eo, qui administravit non ab alio, *dec.*707. *num.*5. *par.*1. *divers.*

Bonorum modus, & forma facilè ostendit, an tutorio nomine bona, an proprio possideantur, *decis.*301. *n.*2. *lib.*3. *divers. par.*3.

Liber produci debet in judicio, aliter sinè eo ratio reddi non potest, *decis.* 130. *num.*5. *par.*4. *tom.*1.

Suæ quòd administrator reddiderit rationem, ex quo doceri possit, *dec.*190. *num.*2. *par.*4. *tom.*2.

Exceptio non potest opponi matri tutrici, quandò est restituenda dos, *decis.* 14. *num.*8. *par.*5. *tom.*1.

Exceptio matri tutrici petenti dotem potest opponi, quandò ad ejus manus pervenit pingue patrimonium, *decis.* 14. *num.*9. *par.*5. *tom.*1.

Suæ tenetur reddere rationem tutor finita tutela, *decis.*3. *num.*1. *par.*6.

Exercitium, quandò alicui est concessum, per hoc non censetur concessa libertas statuendi, *decis.*321. *num.*9. *par.*6.

Divisio inter Tutores, si fuerit non à Judice facta, sed ab eisdem Tutoribus, non valet in præjudicium pupilli; Ità ut ea non obstante, quilibet eorum teneatur in solidum, *decis.*3. *num.*18. & 19. *par.*6.

Administrationis *in libro*, si reperiantur ali-

aliquæ partitæ non descriptæ suis loco diebus, & mensibus, & annis, sed adsunt in calce libri uno, eodemque tempore descriptæ, in confuso acervatæ non faciunt fidem, *dec.*111.*n.*5.*par.*7.

In libro, si reperiantur aliquæ partitæ duplicatæ inverisimiles,& erroneæ intrat dubietas veritatis,quoad alias,*dec.*111. *num.*6. *par.*7.

Rationem reddens, exhibens partitas,non interveniente juramento, sunt nullæ, *decis.*442. *num.*3.*par.*9. *tom.*2.

Titulus non nocet administratori, quando ad illius manus nihil pervenit, *decis.*65. *num.*14.*par.*14.

Natura est, quod in reddenda ratione veniat restitutio reliquatus, *decis.*204. *num.*7.*par.*14.

Hæreditatis ratione non reddita, hæreditas potest remanere tàm creditrix, quàm debitrix, *decis.*65. *n.*15.*par.*14.

Ratione *Tutrix* non reddita, de credito dotali satisfacta præsumitur, *dec.*376. *num.*29. *par.*14.

Bonorum *Tutrix* adstringitur ad reddendam rationem licèt ab hoc onere eam Testator exemerit,*dec.*216.*n.*7.*par.*14.

Exceptio adversùs mulierem repetentem dotem non admittitur, nisi probetur ad ejus manus pervenisse quantitatem sufficientem, *decis.*292. *nu.*10.*& seq.*, ubi de materia *par.*15.

Diversitas excludit compensationem inter plures administrationes,non autem diversitas fidejussoris, *decis.*46. *num.*4. *par.* 16., & de materia per totam dictam, *decis.*46. *par.*16.

Quietantia omnium administratorum ratificationem importat, *decis.* 224. *num.*14.*par.*19.

Administrationem *bonorum filii* Pater amittit per bannum, & interim assignanda est curatori,donec restituatur, vel filius perveniat ad legitimam ætatem, *decis.*394. *num.*1. *par.*5. *tom.*1.

Plenam quis habere debet, ad hoc ut teneatur reddere rationem administrationis, *decis.*241.*num.*19.*par.*5.*tom.*1.

Tutelæ si susceperit tutor à Testatore electus, si non sit idoneus, nec dicitur deliquisse, *decis.*426. *nu.*3.*par.*5. *tom.*2.

Ad eam non infertur ex susceptione tutelæ, cum sit quid facti, *dec.*500. *nu.*5. *par.*5. *tom.*2.

Bonorum Ecclesiæ laicis est interdicta, *Peutinger. decis.*407. *num.*3.

Administratio generalis requiritur,ut Administrator possit exigere à debitoribus, & solventes liberare, *Panphil. decis.*151. *num.*5. 13. *& seqq.*

Solet quandoque *resignanti* concedi, *Peutinger. decis.*92. *num.*9.

In possessione administrandi bona Ecclesiæ, si Canonici unà cum Abbate existunt, illam non amittunt, ex quo solus Abbas aliquandò administravit, *Peutinger. decis.*480. *num.*4.

Administrationis *ratio* reddenda est in loco, ubi facta fuit administratio, *Pen. decis.*13. *num.*2. *& 3.*

Qualitas administrationis, quòd administretur à Laico, vel Ecclesiastico, non facit illam laicalem, vel Ecclesiasticam, sed solus modus instituendi, *Pen. decis.*125. *num.*8.

Administrationis *ratio*, ut sit legitima, debet fieri cum inventario, & libro rationum, *Pen. decis.*377. *num.*1.

